¶ His tractatis que ad doctrinā rerum pertinent quibus fruēdum est et quibus vtendum. et que fruuntur et vtuntur ad doctrinaz signorum accidam⁹

¶ Incipit tabula libri quarti.

De sacramentis

Quid sit sacramentum
Quid sit signum.
Quō differant signum ⁊ sacramentum.
Quare instituta sunt sacramenta.
De differētia sacramentorum veteruz et nouorum.
De circumcisione.
Quod remediuz illi habuerunt qui fuerunt añ circumcisionem.
De institutōe circūcisionis et de causa
De paruulis defunctis ante diem octauum qno fiebat circumcisio.
De sacramētis noue legis.
De baptismo.
De differētia baptismi iohis et christi
Quid vtilitatis baptismus iohānis habuerit.
Si fuit sacramentum baptismus ille.
De forma baptismi iohannis.
Quid sit baptisma.
De forma baptismi.
Q̄ apli in nomine christi baptizauerūt
Si nomine patris tantum vel spiritus sanctus possit tradi baptismus.
De institutione baptismi.
Quare in aqua tm̄ fiat.
De immersione quotiens fieri debeat
Quando circumcisio amisit vim suam.
De causa institutionis baptismi.
De illis qui suscipiūt sacramentuz ⁊ rē ⁊ nō sacramentum. et scr̄m et non rē.
De ficte accedentibus.
Quō intelligat̄ illud. quotquot in xp̄o baptizati estis christum induistis.
Q̄ passio supplet vicez baptismi ⁊ fides ⁊ contritio.
Quid ꝓsit baptism⁹ cū fide accedētib⁹
Quid dimittitur in baptismo iustis.
Cuius rei sit sacramentum baptismus quem recipit iustus.
Q̄ baptismus eque bon⁹ est a bono vel a malo datus.
De potestate christi ⁊ mīsterio.
Ne fuit potestas baptismi quaz christ⁹ potuit dare seruis. ⁊ non dedit
Quibus liceat baptizare.
Si rebaptizādi sunt ab hereticis baptizati.
Q̄ nullus in materno vtero baptizat̄.
Vtrum baptismus sit cum verba corrupte proferunt̄.
De illo qui pro ludo immergit̄.
De responsione patrinorum.
De cathecismo ⁊ exercismo.
De sacramento ꝯfirmationis quod nō nisi a summis sacerdotibus tradi potest
Que sit virtus huius sacramenti.
Vtꝝ h̄ sacramētuz digni⁹ sit baptismo
Vtrum possit iterari.
De sacramento altaris.
Q̄ huius sacramēti in veteri testamēto figura precessit sicut ⁊ baptismus.
De institutione huius sacramenti.
De forma.
Quare christus post alium cibuz dedit hoc sacramentum discipulis.
De sacramento ⁊ re.
Q̄ res sacramenti duplex est.
De duobus manducandi modis.
De errore illoꝝ qui dicunt corpus xp̄i tantum a bonis sumi.
De intelligētia q̄rundā v̄boꝝ ābiguoꝝ
De heresi illoꝝ q̄ dicunt corpus xp̄i nō esse in altari nisi in figura. vel in ligno
De sanctoꝝ testimonijs quibus ꝓbatur verum corpus christi esse in altari.
De modo ꝯuersionis.
Quomodo dicitur corpus christi confici de substantia panis.
Quare sub alia specie sumat̄.
Quare sub duplici specie.
Quare aqua misceatur.
Quare corp⁹ dedit xp̄s discipul' ī cena
Vbi illa accidentia fundent̄.
De fractione ⁊ partibus.
De confessione berengarij.
Quid ille partes significent.
Si xp̄s immolat̄ in altari quotidie et

an sit sacrificiuz qd a sacerdote geritur
De causa institutionis.
Si hoc sacramentuz conficiatur ab he/
reticis vel excommunicatis.
Quid faciat hereticum. z quid sit here
ticus.
De penitentia.
Unde dicitur penitentia.
Quid sit penitentia.
Quid sit penitere.
De solenni et vnica penitentia.
Q; peccata sepe dimittuntur per pniam
Q; pluribus irrecitus peccatis non po
test vere de vno penitere nisi de omni/
bus peniteat.
Quibus de causis contingunt flagella
De egiptijs et zodomitis qui dicuntur
temporaliter puniti ne ineternū pirent
De generibus elemosine.
Quid sit elemosina.
Utrum in mortali peccato permanētes
et largas elemosinas facientes debeāt
dici satisfacere.
Utrum bona que fiunt ab aliquib' ma
lis valeant ad meritum vite cum fue/
rint conuersi ad bonum.
De tribus in penitentia cōsiderandis
scz ꝓpunctione. ꝓfessione. satisfactione
Que sit vera satisfactio.
Que sit satisfactio falsa.
De tribus actionibus penitentie.
De multitudine venialium que grauāt
vt vnum grande peccatum.
De satisfactione venialium.
Utrum sine confessione dimittant' pec/
cata.
Si sufficit soli deo confiteri.
Q; non sufficit soli deo confiteri. si pos
sit sacerdoti confiteri.
An sufficiat confiteri laico.
Ad quid valeat confessio.
De remissione quaz prestat sacerdos.
De clauibus.
De vsu clauium.
Si sacerdos potest dimittere peccata
vel retinere.
Quomodo sacerdotes dimittunt pec/
cata vel retinent.
Quomodo sacerdotes ligāt vel soluūt
a peccatis.
Quomodo intelligendum sit illud qd/
cunqz solueritis super terram ꝛc.
Que sint interiores tenebre z interior
macula.
Quando hee claues dantur et quibus
Utrum per indignos transfundat' gra
tia dignis.
Quomodo intelligendum sit maledicaz
benedictionibus vestris.
Qualis esse debeat iudex ecclesiasticus
De his qui in fine penitent.
De his qui penitentiam nō complent.
De illo cui sacerdos indiscretus iniun/
git penitentiam.
Q; morientibus nō est imponenda sa/
tisfactio sed innotescenda.
Q; non est penitentia neganda vel re/
conciliatio in necessitate.
Q; presbiter non reconciliet aliquez in
consulto episcopo nisi in necessitate.
An oblatio eius sit recipienda qui cur/
rens ad penitentiam preuenit' morte.
De peccatis que post hanc vitaz dimit
tuntur.
De his qui edificant aurum. argentuz
lapidem. lig. fe. sti.
De igne purgatorio quo alij citius alij
tardius purgantur.
Quid sit edificare lignum. fe. sti.
Quid sit edificare au. arg. la. pre.
Q; aliquez vere penitet et si nō de omni
veniali.
Quid sit generalis confessio.
Q; nemo debet confiteri peccata q̄ nō
fecit.
De pena sacerdotis qui peccatum con
fitentis publicat.
Si peccata dimissa redeant.
Quid sit sacramentum et res.
De sacramento vnctionis extreme.
De tribus generibus vnctionis.
A quib' fuerit ꝑ sacramentū institutū
De iteratione huius sacramenti.
De ordinibus ecclesiasticis.
Quot sint.
Quare sunt septem.
Quales assumendi sint ad clericum
De corona et tonsura.

De hostiarijs.
De lectoribus.
De exorcistis.
De acolitis.
De subdyaconibus.
De dyaconibus.
De presbiteris.
Qui dicuntur ordines sacri.
Quid appelletur ordo.
De nominibus dignitatis ⁊ officij.
De episcopo.
De pontifice.
De quadripartito episcoporum ordie
De vate.
De cantore.
De ordinatis ab hereticis.
De simonia vnde dicitur ⁊ quid sit.
De his qui a simoniacis ordinant̄ sciē ter vel non.
De his qui dicunt se emere corporalia et non spiritualia.
De distinctione simoniacorum.
De his q̄ violent̄ ab hereticis vel alijs simoniacis ordinant̄.
De sacramento coniugij.
De institutione ⁊ eius causa.
Quando secundum preceptum ⁊ scd̄m indulgentiam contractum sit ꝯiugium.
Quibus modis accipitur indulgentia
Q̄ nuptie bone sunt.
Cuius rei sacramentum sit coniugium
Que sunt consideranda in coniugio
Quid sit coniugium.
De consensu qui efficit coniugium.
Quando incipit esse coniugium.
De opinione quorundaz qui dicunt cō iugium non esse ante carnalez copulaz
Q̄ sponsa potest eligere monasterium sine consensu sponsi.
Q̄ coniugatus sine coniugis consensu nequit profiteri continentiam.
De adulterinis coniugijs.
Q̄ multiplicit̄ sponsus ⁊ spōsa accipit̄
Que sponsa sit vidua mortuo sponso ⁊ que nō.
Si consensus de futuro etiam iuramē to firmatus faciat coniugium.
De his que pertinent ad substantiaz et ad decorem sacramenti.

Utrum consensus ille qui facit matrimonium sit de carnali copula. an d̄ cohabitatione. an de alio.
Quare de latere viri formata ē mulier
Q̄ non est consensus legitimus vbi est coactio.
De errore qui euacuat consensum.
De coniugio marie ⁊ iosep.
De finali causa coniugij.
Q̄ malus finis non contaminat sacramentum.
De tribus bonis coniugij.
De duplici separatione.
De his qui ꝓcurant venena sterilitatis
Quando sint homicide qui procurant abortum.
De excusatōe coit' q̄ fit ꝑ bona ꝯiugij
De indulgentia quaz facit apostolus.
De malo incontinentie.
De carnis delectatione que peccatum sit vel non.
De solutione carnalis debiti.
De continentia ex cōi ꝯsensu seruanda
Quando cessandum sit a coitu.
Quib' tꝑib' ñ sint celebrande nuptie.
De diuersis legibus coniugij
Utrum iohannis virginitas sit preferē da castitati abrahe.
Que erat cōsuetudo coniugij sub lege
Cui licebat tunc plures habere vel nō
De personis legitimis.
De frigidis separandis vel non.
De his q̄ maleficijs impediti coire nequeunt.
De furiosis.
De hijs q̄ dormiunt cuz duab' sororib'
Q̄ non est dimittenda vxor ꝓ aliqua macula corporis.
De iure viri ⁊ mulieris.
Q̄ fornicatoriam neq̄t dimittē vir nisi ipse exp̄s fuerit fornicatōis ⁊ ecōuerso
De reconciliatione eorum qui propter fornicationem separantur.
De illis qui ante coniunctionem se polluerunt per adulterium.
De seruis.
Utrum ꝓpter extremam conditionem possit fieri separatio.
De copula ſui ⁊ ancille diuersoꝝ dñoꝝ

De viro qui se facit seruum vt diuida'
tur ab vxore.
De etate ꝓtrahentium.
In quibus ordinibus nequeat contra'
hi matrimonium
De interfectoribus suarũ coniugum.
De votis et deuotorum differentia
De illis qui post longam captiuitatem
redeunt.
De dispari cultu.
De coniugio fidelis ⁊ infidelis ⁊ duo'
rum infidelium.
De fornicatione spirituali ꝓpter quaꝫ
dimitti coniunx potest
Pro quibus peccatis possit fieri sepa'
ratio vel non.
Quando licet fideli aliaꝫ ducere vl' nõ
Utrum coniugium inter infideles sit
Qꝫ ꝓiugium sit legitimum
De cognatione carnali.
De computatione graduum consang'
uinitatis.
Quare sex gradus computantur.
De dispensatione gregorij habita ad
anglicos.
De gradibus affinitatis.
De varijs traditionibus affinitatis
Si coniugium sit inter eos qui nota cõ
sanguinitate diuidunt.
Quibus personis testificantib' sunt di
mittenda coniugia.
Quid sit fornicatio. ⁊ quid stuprum
Quid adulterium et quid incestus.
Quid raptus et de spirituali ꝓgnatiõe
Qui sint filij spirituales.
De copula spiritualium vel adoptiuo'
rum et naturalium filiorum.
De copula filiorum qui ante compater
nitatem vel post nati sunt.
Si cui liceat duas ꝓmatres ducẽ vnaꝫ
post aliam.
Si vir ⁊ vxor simul tenere valeãt pueꝫ
De scdis ⁊ tercijs ⁊ deinceps nuptijs
De resurrectione ⁊ iudicij ꝓditione.
De voce tube
De nocte media.
De libris qui tunc aperient
De memoria electorũ si tunc preterita
mala teneat.
Quomodo intelligit christus iudex vi
uorum et mortuorum.
De his qui vim reperientur.
De etate et statura resurgentium.
Qꝫ resurget quicquid fuit de substãtia
et natura corporis et si non in eadẽ par
te corporis
Qꝫ sine omni deformitate resurgent
Utꝫ reproborꝫ corpora cum deformita
tibus resurgant quas hic habuerunt.
Qꝫ non consument malorum corpora q̃
tunc ardebunt.
Si demones corporali igne cremabũt
Si anime sine corporib' sentiunt ignem
materialem.
De abortiuis fetibus et monstris.
De diuersis animarum receptaculis p'
mortem.
De suffragijs defunctorum.
De officijs sepulture.
De duobus eque bonis quorum alter
post mortem plura habet auxilia.
Quib' suffragijs iuuabunt ĩ fine repci
Quomodo sancti et glorificati et ange'
li audiunt preces supplicantiuꝫ et inter
cedunt pro eis.
Si valde malis prestat mitigatio pene
De occulto iudicio dei.
De iusticia et misericordia dei.
Quare quedaꝫ opa dicunt iusticie que
dam misericordie vel bonitatis dei
Quomodo vniuerse vie domini dicun'
tur misericordia ⁊ veritas.
De sententia iudicij q̃ sancti iudicabũt
et quomodo.
De ordinibus eorꝫ q̃ erunt in iudicio.
De ordine iudicij ⁊ misterio angelorũ
Si post iudiciuꝫ demones preerunt ho
minibus ad puniendum.
De forma iudicis.
Qualis apparebit forma serui.
Quare secunduꝫ formam serui dicitur
christus suscitaturus corpora.
De loco iudicij.
De q̃litate lumiariũ ⁊ tp'is p' iudiciuꝫ
De differẽtia mãsionũ ĩ celo ⁊ ĩ iferno
Si quid ibi cognoscit ab aliquo quod
non intelligant omnes.
De parilitate gaudij.

Si maior sit beatitudo scōꝝ p⁹ iudiciū
Si mali in inferno peccabunt.
Quare dicuntur tenebre exteriores
Si damnatorum anime noticiam habe
ant eorum que hic fiunt.
De lazaro ⁊ diuite.
Si boni ⁊ mali inuicem se vident.
De chaos inter bonos ⁊ malos.
Utrum visa impiorū pena minuat vel
augeat gloriam bonorum.

Incipit liber quartus

DI. I

Samaritanus enim vulnerato appropians curationi eius sacramentorum alligamēta adhibuit. qꝛ contra originalis peccati et actual' vulnera. sacramentoꝝ remedia deus instituit. De quibus quatuor primo consideranda occurrunt. Quid sit sacramentum. Quare institutum In q̄bus ꝯsistat ⁊ ꝯficiat. ⁊ que sit distātia inter sacramenta veteris ⁊ noue legis.

De sacramentis vbi q̄tuor consideranda sunt.

Quid sit sacramentum.

Aug. in li. x. de ci. dei.

Sacramentum est sacre rei signuz. Dicit tamen sacramentum etiam sacrum secretum. sicut sacramentum diuinitatis. vt sacramentum sit sacrum signans. et sacrum signatum. sed nunc agitur de sacramento secundum qd̄ est signum. Item sacramentum est inuisibilis gratie visibil' forma. Signuz. vero est res preter speciē quaz ingerit sensibus aliquid aliud ex se faciens in cognitionem venire. Signoꝝ vero alia sunt naturalia. vt fumus significans ignem. alia data et eorum que data sunt. quedam sunt sacramenta/quedam nou. Omne enim sacramētum est signum sed non econuerso. sacmentum eius rei similitudinez gerit cuius signum est Si enim sacramenta nō haberent similitudinem rerum quarum sacramenta sunt/ ꝓprie sacramenta nō dicerent. Sacramentū enim ꝓprie dr̄ quod ita signum est gratie dei. ⁊ inuisibilis gratie forma. vt ipsius imaginem gerat ⁊ causa existat. Non ergo signficandi tantum gratia sacramenta instituta sunt. sed etiam sanctificandi. que eniz significandi gratia tantū instituta sunt. solum signa sunt. et non sacramēta sicut fuerūt sacrificia carnalia. ⁊ obseruantie cerimoniales veteris legis. que nunquaz poterant istos facere offerentes. Quia vt ait apostol⁹. Sanguis hircoꝝ ⁊ thauroruz ⁊ cinis vitule aspersus. inq̄natos sanctificabat ad emūdationem carnis non anime. Nam inquinatio illa erat contactus mortui. vnde aug. Nihil aliud intelligo inquinationem quā lex mundat nisi ꝯtactum mortui hominis/ quez qui tetigerat immūdus erat septem diebus. sed purificabatur secundum legem die tercio ⁊ septimo. ⁊ ita mundus erat vt iam intraret in templum. Mundabant etiā int̄dum a corporali lepra illa legalia. sed nunquaz ex operibus legis aliquis iustificatus est. vt ait apostolus. etiam si in fide ⁊ caritate fierent. Queritur q̄re qꝛ imposuit ea deus in seruitutem. non in iustificationē ⁊ vt figura futuri essēt volens ergo sibiipsi potius offerri ea q̄z idolis. illa ergo signa erant. sed tamen ⁊ sacramenta. licet minus proprie in scripturis sepe vocant. Quia signa erant rei sacre quam vtiq̄z non prestabāt Illa autē apostol⁹ opera legis dic̄ que tantum significādi gracia vel in on⁹ instituta sunt Triplici autem de causa sacramenta instituta sunt. propter humiliationem. eruditionē. exercitationem ꝓpt̄ hūiliationē q̄dez vt dum hō insensibilib⁹ reb⁹ q̄ natura infra ip̄m sunt ex p̄cepto creatoris se reuerēdo subicit vt ex hac hūilitate ⁊ obediētia deo magis placeat ⁊ vt apd̄ eū mereat cui⁹ impio salutem querit in inferioribus se. et si non ab illis sed per illa a deo. propter eruditionem etiam instituta sunt. vt ꝑ id quod foris in specie visibili cernitur

Aug. in li. d̄ doctrina xp̄iana q̄d sit signum.

Quo differāt signuz et sac̄mentum.

Quid ꝓprie dicitur sacramentum

Q̄ legalia melius dicuntur signa q̄z sacra

Aug. sup epistolam ad hebreos.

Que dicant opa legis de causa institutionis sacramentorum.

Secunda

Secunda

ad inuisibilem virtutem que intus ē agnoscendam mens erudiatur Homo em̄ qui ante peccatum sine medio deum videbat per peccatum adeo habuit vt nequaquaz diuina nequeat capere nisi humanis exercitatus. propter exercitationem similiter instituta sunt. qz cum homo ociosus esse non possit. proponitur ei vtilis z salubris exercitatio in sacramentis qua vanam z noxiam declinet occupationem. non enim facile capitur a temptatore qui bono vacat exercitio. Unde hic hieronimus monet semper aliquid boni operis facito vt te occupatum diabolus inueniat.

Tercia.

De triplici genere exercitationis.

Sunt autem exercitationum tres species. vna ad edificationem anime pertinet. alia ad corporis fomentum. alia ad vtriusqz subuersionem. Cum igitur absqz sacramentis quibus non alligauit potentiam suam deus homini gratiam donare possz predictis de causis sacramenta instituit. Duo autem sunt in quibus sacramentum consistit. scilicet verba et res verba vt inuocatio trinitatis. res vt aqua oleum et hutusmodi.

In quib' consistit sacramē tum.

De differentia sacramentorum veterum et nouorum.

Iam videre restat differentiam sacramentorum veterum et nouorum vt sacramenta vocem' que antiquitus res sacras signabant. vt sacrificia et oblationes et hutusmodi. Eorum autem differentiam breuiter augustinus assignat dicens. quia illa promittebant tantuz et significabāt hec autem dant salutem.

De circumcisione

Fuit tamen inter illa sacramenta sacramentum quoddā. scilicet circumcisionis illud conferens remedium contra peccatum quod nūc baptism'. vnde Aug'. Ex quo nunc instituta est circumcisio ī populo dei que erat tunc signaculum iusticie fidei ad purgationem valebat magnis z paruulis originalis veterisqz peccati. sic baptismus ex illo valere cepit ad innouationem hominis. ex quo institutus est. Item beda idem salutifere curationis auxilium circumcisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat. qd baptismus agere reuelate gratie tempore consueuit. excepto q regni celestis ianuam nondum intrare poterant. Tamen in sinu abrahe post mortem requie beata consolati superne pacis ingressum spe felici expectabant. Hic aperte traditur per circumcisionem ex quo instituta fuit scilicet remissionem peccati originalis z actualis paruulis et maioribus a deo prestitam. sicut nunc p baptismum datur.

Aug' ad valerium ꝓtra iulianum.

Beda super euangelium.

De viris qui fuerunt ante circumcisionez et de feminis que fuerunt ante et post.

Queritur autē de viris qui fuerunt ante circūcisionez et de feminis que fuerunt ante et post quod remedium contra peccatū habuerint. Quidam dicunt sacrificia z oblationes eis valuisse ad remissionem peccati. Sed melius est dicere illos qui ō abraham pdierunt per circumcisionez iustificatos. mulieres vero per fidem z operationem bonam. vel suaz si adulte erant. vel parentū si paruule. Eos vo qui fuerunt ante circumcisionez paruulos in fide parentum. parentes vero p virtutem sacrificiorum. scilicet quā intelligebant spū aliter in illis sacrificijs iustificatos. vnde Greg'. Quod apud nos valet aqua baptismi hoc egit apud

Gre. in mor.

veteres. vel pro paruulis sola fides vl' pro maioribus virtus sacrificij. vel pro his qui ex abrahe stirpe pdierunt mi/ sterium circuncisionis.

De institutione circumcisio/ nis et causa.

Hic dicendum ē in quo instituta fuerit circumcisio. Et quare ⁊ cur mutata p baptismuz. abra ham primus mandatum circumcisiōis habuit ad pbationem obedientie. nec ei soli precepta fuit circumcisio sed ⁊ se mini eius id est omnibus hebreis. q̄ fie bat secunduz legem octaua die lapideo cultro in carne prepucij. Data aūt fuit circumcisio pluribus de causis scilicz vt per obedientiam mandati abrahaz pla ceret deo. cui per preuaricationez adā displicuerat/ data etiam fuit in signum magne fidei abrahe qui credidit se ha/ biturum filium in quo fieret benedictō omnium. deinde vt hoc signo a ceteris nationibus discerneretur populus ille In carne vero prepucij ideo iussa ē fie/ ri circumcisio. quia in remedium insti/ tuta est originalis peccati quod a parē tibus trahimus per concupiscentiam. que in parte illa magis dominatur. et quia in parte illa culpam inobedientie prim' homo sensit. decuit vt ibi signuz obedientie acciperet.

Quare data fuit circūcisio

Quare in carne prepucij.

Quare die octauo. et petrino cultro.

Fiebat autez octaua die ⁊ petrino cultro quia et in re/ surrectione communi octaua die etate futura per petram christum omnis ab electis abscidetur corruptio. ⁊ per chri sti resurrectionem octaua die factam cir cumciditur a peccatis anima cuiusq̄ ī eum credentis. due ergo res sunt illius sacramenti.

Quare i baptisma mutata sit circumcisio.

Ideo autez mu tata est circumcisio per baptismum/ qz sacramentū baptismi communius est ⁊ perfectius. qz pleniozi gratia accumula tum. Ibi enim peccata solum dimitte bantur. sed nec gratia ad bene operan dum adiutrix/ nec virtutum possessio vl' augmentū ibi prestabatur vt in bap tismo. vbi non tantummodo abolentur peccata sed etiam gratia adiutrix con/ fertur. ⁊ virtutes augent. Unde aqua refectionis vel regenerationis dicitur. quia aridos fecundat. ⁊ iam fructificā/ tes ampliozi vbertate donat. qz quan/ tumcunq̄ per fidez ⁊ caritatem añ ha/ bitam aliquis iustus ad baptismum ac/ cedit vberiozem ibi recipit gratiam. ꝗ non ita in circumcisione. Unde abrahe per fidem iam iustificato/ signaculū tm̄ fuit. nihil ei intus contulit.

De paruulis defunctis ante di em octauum.

Si vero querit de paruulis qui ante diem octauum mo riebantur antequam fiebat circumcisio ex lege/ vtruz saluarentur vel non Idē potest responderi quod sentitur ō par/ uulis ante baptismum defunctis. quos perire constat. Unde beda qui nunc p euangelium suum terribiliter et salu/ briter clamat Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritusancto non intrabit in regnuz dei. ipse dudum clamat per su am legē. anima cuius prepucij caro cir cumcisa non fuerit peribit de populo meo. quia pactum meum irritum fecit. forte tamen sub lege ingruente necessi/ tate mortis ante octauuz diem circum/ cidebant sine peccato filios. sicut modo fit in ecclesia de baptismo.

Beda.

De sacramento noue legis.

OI II

Iaaz ad sacramenta noue legis accedamus que sunt baptismus confirmatio panis benedictionis. i. eukaristia. penitētia. vnctio extrema. ordo. coniugium. quoꝝ alia remedium ꝯtra peccatum p̄bent ⁊ gratiam adiutricem conferunt. vt baptismus alia in remedium tantuz sunt. vt coniugium. alia gratia et virtute nos fulciunt vt eukaristia. et ordo

Quare mox post hominis casum non fuerunt instituta.

Si vero queritur quare non fuerint hec sacramenta instituta mox post hominis lapsuz. cum in his sit iusticia ⁊ salꝰ. dicimus q̄ non añ aduentum christi qui gratiam attulit. gratie sacramenta fuisse dāda. que ex ipsius morte ⁊ passione virtutem sortita sunt. Christus autem venire noluit anteq̄ homo de lege naturali. et scripta ꝯuinceret. qđ neutra iuuare posset

Quod sacramentum coniugij fuit ante peccatum.

Fuit tamē cōiugium añ peccatum institutuz. nō vtiq̄ ꝓpter remedium. sed ad sacramentuz et ad officium post peccatum vero fuit ad remediuz ꝯtra carnalis concupiscētie corruptelā. đ q̄ suo loco tractabimꝰ

De baptismo.

Nūc vero de baptismi sacramento videamus qđ inter noue gratie sacramenta primnz ē Baptismum christi iohannes suo baptismo prenunciauit qui primus baptizasse legit / sed in aqua. non in spiritu. sic̄ ipse ait. Ego baptizo vos in aqua. i. in penitentia. Sola em̄ corpora abluebat a peccatis vero non mundabat. Baptismus vero iohannis erat in penitentiaz non in remissionem. baptismus v̄o xp̄i in remissionem. Quia iohannes baptizans homines ad penitentiam vocabat et quos baptizabat penitere docebat. secundum illud. Veniebant ad iohannez in iordanē confitentes peccata sua Sed in baptismo iohannis non dabat peccatoꝝ remissio. que data est in christi baptismo.

De bap. io.

De differētia baptismi xp̄i et iohannis.

Quid vtilitatis habebat baptismus iohannis.

Ad quid ergo vtilis erat baptismus iohannis. quia homines vsu baptizandi preparabat ad baptismum christi. Sed queritur quare dictus est baptismus iohannis. sicut veritas dicit. baptismus iohannis vnū est. qꝛ ibi iohannis operatio tm̄ visibil' erat exterius lauantis. nō inuisibil' gratia dei virtutis operantis interiꝰ Sed tñ et illa iohannis operatio a deo erat. et baptismus ille a deo erat non ab homine. sed hominis dictus est. qꝛ nil gerebat quod non ageret homo.

Quare dictus ē baptismus iohannis.

Si vero q̄rit an sacram̄tuz fuerit. satis potest concedi ex eo sensu quo legalia signa dicuntur sacramenta. Significabat eniz baptismus iohannis esse rem sacramenti scilicet baptismuz christi qui non tm̄ est penitentie sed et remissionis peccatorum

Si fuerit sac̄mentuz batismus illep/

De forma baptismi iohannis et de baptizatis ab eo.

Hic ꝯsiderandū est si baptizati a iohanne iterum baptizati sunt baptismo christi. ⁊ qua forma verborum vsus sit iohannes. Illi qui baptizati sunt a iohanne nescientes spi

ritumsanctum esse ac spem ponentes in illius baptismo/postea baptizati sunt baptismo christi. baptismus autem iohannnis in nomine venturi tradebatur Unde hieronimus sup iohelem qui dicit se in christum credere. et non credit in spiritumsanctum/nondum habz claros oculos. Unde baptizati a iohanne in nomine venturi. i. domini iesu/qz dixerunt. sed neqz si spiritussanctus est audiuimus. Item baptizabant. immo verum baptisma accipiebant. illi vero qui spem non posuerūt in baptismo iohannis. et patrem et filium et spiritū/sanctum credebant/non post baptizati fuerunt. ꝑ impositione manuuz ab apostolis super eos facta spiritumsanctum receperunt. alij vero qui non ita credebant. baptizati sunt baptismo christi vt predictuz est. vnde hieronimus Qui spiritumsanctum nesciebant cum baptismum a iohanne acceperunt iterꝫ baptizati sunt baptismo christi vt predictū est. ne quis ex iudeis vel gentib⁹ putaret aquam sine spiritusancto ad salutez posse sufficere. de h̄ etiam ambrosi⁹. in primo li. de spiritusancto ait. Quidaz neg auerunt se scire spiritumsanctuz cū baptizatos se dicerent baptismo iohis qui in aduenientis iesu/non in suo baptizauit nomine. Isti ergo qz nec in christi nomine/nec cum fide spiritussancti baptizati fuerant/non potuerunt accipere baptismi sacramentuz. baptizati sunt ergo in nomine christi nec iteratū est in his baptisma sed nouatum.

Ieron⁹.

Hic non tenetur magister

Hieronimus in epistola d̄ vnius vxoris viro.

Ambro. i li. A spiritusco

DI. III

Quid sit baptismus

Post hoc videndum est quid sit baptismus. et que sit forma. et quando institutus. ꝛ cā institutionis. Baptismus d̄r intinctio id est ablutio corpis exterior facta sub forma verboꝝ prescripta. Si enim ablutio fiat sine verbo. nō est ibi sacramētum. Sed accedente verbo ad elementum/fit sacramentum/non vtiqz ipsuz elementum fit sacramentum. sed ablutio facta in elemento. Unde aug⁹. verbo baptisma ꝯsecrat. detrahe verbum et quid est aqua nisi aqua. accedit verbuz ad elementum. ꝛ fit sacramentum Unde est hec tanta virtus aque. vt corp⁹ tangat ꝛ cor abluat. nisi faciente v̄bo/nō quia dicit/sed qz creditur. Nam ꝛ in ipso v̄bo aliud est son⁹ transiens. aliud est virtus intus manens. In duobus ḡ consistit sacramentum baptismi scz in verbo et elemento. ergo et si alia desūt que ad decorem sacramenti instititutа sunt. nō ideo minus est veruz sacramētum ꝛ sanctum. si verbū sit ibi ꝛ elemētum. Nam et in hoc sacramento et in alijs quedam solent fieri ad decorem ꝛ honestatem sacramenti quedaz ad substantiam ꝛ causam sacramenti pertinētia. De substantia huius sacram̄ti sunt verbum ꝛ elementum. cetera ad solennitatem eius pertinent.

Aug. sup io.

Q̄ in hoc ꝛ in alijs sacramētis. quedam fiunt ad decorem. quedam ad necessitatem ad sacramentum ꝛ cā sacramenti ꝑtinentia.

De forma baptismi

Sed quod ē illd̄ verbum quo accedente ad elementum fit sacramentum. veritas te docet que huius sacramenti formam tradens ait discipulis. Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filij et spiritussancti amen. Inuocatō igitur trinitatis verbuz d̄r quo baptisma consecrat. ꝛ hec est forma verboꝝ sub qua traditur baptismus. Unde bonifacio episcopo zacharias papa ait. Firmissime preceptum est in sinodo anglorum. vt quicunqz sine inuocatione trinitatis mersus fuisset. q̄ sacramentuz regenerationis nō haberet/qd̄ omnino verum est q̄ si mersus in fontem baptismi quis fuerit sine inuocatione trinitatis. perfectus xp̄ianus non est nisi in nomine patris ꝛ filij ꝛ spiritussancti fuerit baptizatus. Legitur tamen in actibus apostoloꝝ apostolos baptizasse in noīe christi. ꝑ in hoc nomine vt exponit am

Q̄ apostoli in christi nomīe baptizauerūt

brosius tota trinitas intelligit. Intelligit enim cum christum dicis / ⁊ pater a quo vnctus est ⁊ ipse qui vnctus est. ⁊ spiritussanctus per quez vnctus est Vñ nicolaus papa ad consulta bulgarorum A quodaz iudeo multos baptizatos asseritis ⁊ quid inde agenduz sit consulitis Hij ꝓfecto si in nomine sancte trinitatis vel in nomine christi sicut in actibus apostolorum legimus baptizentur baptizati sunt. Vnuz eñ idemq; est vt exponit ambrosius.

Nicolaus papa ad cõsulta bulgaroruz.

Si in nomine patris tantũ vl' spiritussancti possit tradi baptismus

Hic queritur an baptismus esset verus si diceret in nomine patris tantum. vel spiritussancti tantum. vt cum dicit in nomine christi Ambrosius videt dicere q̃ si fide misteriuz trinitatis teneat ⁊ vna persona tãtum nominet / plenum est sacramentuz ⁊ econuerso. Si tres nominent et non recte de aliquo illoꝝ sentiat. vacuũ fieret misteriuz trinitatis. Ait eñ sic. vbi nõ est plenum baptismi sacramentum. nec principium nec species aliqua baptismi estimatur. Plenum autem est si patrem ⁊ filium et spiritumsanctum fatearis. Si vnum neges totuz subrues et si vnum in sermone comprehendas. vel patrem vel filium vel spiritumsanctum. fide autem nec patrem nec filium nec spiritumsanctum abneges. plenuz est fidei sacramentum. ita etiaz licz patrem et filium et spiritumsanctum dicas. ⁊ patris et filij ⁊ spiritussancti minuas potestatem vacuum est omne misterium. Cum eñ dicit in nomine xp̃i per virtutem nominis impletum est misterium. nec a christi baptismate spirit⁹ separatur. qꝛ christ⁹ baptizauit in spũ.

Ambro. in libro d̃ spiritu sancto.

Questio ambrosij.

Nõ cõsiderem⁹. vtꝝ sicut in christi nomine legim⁹ baptismi plenuz esse sacramentum / ita etiam spiritusancto nũcupato / nihil desit ad misterij plenitudinem. Rationez sequimur qui vnum dixerit. trinitatem significauit. Si christuz dicas / ⁊ patrẽ a quo vnctus est filius. ⁊ ipsum qui vnct⁹ est scz filium. ⁊ spiritumsanctum a q̃ vnctus est designasti. Scriptum est eñ hunc iesum a nazareth quem vnxit de⁹ spiritusancto. ⁊ si patrem dicas. filium eius et spiritum oris eius pariter indicas / tamen id etiam corde comprehendas. si spirtumsanctum dicas. deuz patrem a quo ꝓcedit. ⁊ filium cuius ẽ spiritus nuncupasti. Vnde vt rationi copuletur autoritas dominus dicit. Vos autẽ baptizabimini in spiritusancto ex quo indicat nos recte posse baptizare in spiritusancto.

Ambro.

Solucio.

Prestringit premissoꝝ intelligentia cum determinatione.

Ex his aperte intellexisti in nomine christi verum baptisma tradi. Vnde nihilomin⁹ insinuari videt verum baptisma dari posse in nomine patris tantum vel spiritussancti. Si tamen ille qui baptizat fidẽ trinitatis teneat que trinitas in quolibet hoꝝ nominum intelligit. Si autem aliquis peruerse credens ⁊ errorem inducere intendens vnum de tribus tantuz nuncupet. non impleuit misterium. q̃ vero ait nominatis trib⁹ vacuuz esse misterium si baptizans minuat potestatez patris vel filij vel spiritussancti. i. male sentiat de potentia alicuius horuz. nõ credens vnam potentiam trium / intelligendum est hoc super eum qui non intendit nec credit baptizare qui non tm̃ caret fide sed etiam intentionem baptizandi nõ habet. Qui ergo baptizat in nomine christi. baptizat in nomine trinitatis quando ibi intelligit. tutius ẽ tamen tres ꝑsonas ibi nominare vt dicat in nomine patris ⁊ filij ⁊ spũssancti

Ecce q̃d oportet determiari

Ambrosius in libro de trinitate qd est in nomine pa. ⁊ fi. et spi. s.

non in noibus sed in nomine. i. in inuocatione. vel in confessione patris ⁊ filij et spiritussancti. Inuocatur enim ibi tota trinitas vt inuisibiliter ibi operet per se/sicut extra visibiliter per ministerium. Si autem dicatur in nominibus. non est ibi sacramentum. quia nō seruatur forma baptismi.

De institutione baptismi.

De institutione

baptismi quādo ceperit varie sunt estimationes alij dicunt tunc esse baptismū institutuz. cum nichodemo christus ait Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritusancto ⁊c. alij dicunt institutionem baptismi factā cum apostolis dixit Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. Sed hoc dixit eis post resurrectionem precipiens eis de vocatione gentium. quos ante passionem binos ⁊ binos miserat ad predicanduz in iudea ⁊ ad baptizandum dicens. In viam gentiuz ne abieritis. Jaz ergo institutus erat baptismns. quia baptizabant simul ⁊ predicabant.

De forma in qua baptizauerūt apostoli ante christi passionez

Si vero querit

in qua forma tunc baptizauerunt. sane dici potest in nomine trinitatis scz ī ea forma in qua baptizauerunt postea gētes que ante passionez. potest intelligi fuisse tradita. licet non sit scriptuz Nō ergo tunc illam formam christus prius tradidit cum ad euangelizandum gentibus misit Sed quam ante tradiderat mittens eos in iudeaz/post intrauit cū ad gentes misit. Commodius ergo dicitur institutio facta quando christus a iohanne baptizatus ē in iordane quod dispensauit. non quia mundari voluit cum sine peccato fuerit. sed qui contactuz munde carnis sue vim regenerati/uam contulit aquis. vt qui postea immergeret inuoca o nomine trinitatis a peccatis purgaret. tunc ergo institutus ē baptismus christi in quo trinitas cuius misterium ibi innotuit interius hominem baptizat.

Quare in aqua tantum fiat.

Celebratur aūt

Ambro. sup epl'am ad ro.

hoc sacramentuz tm̄ in aqua nō in alio liquore vt ait christus. nisi quis renat⁹ fuerit ⁊c. Ideo vniformiter id fieri in aqua precipit vt intelligat. q̄ sicut aq̄ sordes corpis ac vestes abluit. ita baptismus maculas anime. sordesq̄ viciorum emundando abstergit. vel ideo vt nullum inopia excusaret. qd potest fieri si in vino vel oleo fieret ⁊ vt communis materia baptizandi inueniret apd omnes qd aqua signauit que de latere christi manauit. sicut sanguis alterius sacramenti signum fuit. Non ergo in alio liquore potest consecrari baptismus nisi in aqua.

De immersione quotiens fieri debeat.

De immersione

vero si querit quomodo fieri debeat p̄cise respondem⁹ vel semel vel tercio ꝓ vario more ecclesie Unde greg. de trina immersione baptismi nil verius responderi potest q̄ qd vosipsi sensistis. quia ī vna fide nihil officit ecclesie sancte consuetudo diuersa. quia em̄ in tribus subsistentijs vna substantia est Reprehensibile esse nullatenus potest infātem in baptismo ter vel semel mergere quia ⁊ in tribus mersionibus personaꝝ trinitas/⁊ in vna potest diuinitatis singularitas designari. Nos vero qui tercio immergimus etiam triduane sepulture sacramentum signamus. Scdm h̄ licet nō modo ter sed etiā semel mergē

Greg. de andro episcopo

tantum Ibi tamen dumtaxat mergere semel licet vbi consuetudo ecclesie talis existit Si quis vero id facere incipiat vbi consuetudo talis non est vel semel tantum mergendum asserat. reprehensibilem se esse constituit. Unde aimo. in suo sensu abundabat. Cyprianꝰ cuꝫ semel mergebat in baptismo paruulos qui qđ intelligebat studiose implebat bonis operibus abundando. licet in h̄ nescius delinqueret. Sed qꝛ bonis opibus abundabat postea correctus a deo abundauit altiori sensu. ter illos mergendo Ecce habemus qꝛ delinquit qui semel mersit. Sed hoc ideo quia aliter se habebat ꝯsuetudo illius ecclesie. vel quia vnam tantum faciendaꝫ mersionē asserebat De trina mersione augꝰ. ait Postq̄ꝫ nos credere promisimꝰ / tercio capita nostra in sacro fonte dimersimꝰ qui ordo baptizādi duplici misterij significatione celebratur. Recte enim tercio mersi estis qꝛ accepistis baptismum in nomine trinitatis. Recte enim tercio mersi estis qꝛ accepistis baptismum in nomine christi. qui die tercia resurrexit a mortuis. Illa enim tercia repetita immersio. tipum dominice exprimit sepulture. Constat ergo baptizandos tercio debere immergi. ⁊ tamen si semel tantum immergant̄ / verum baptismum accipiunt. et qui semel immergit tantum. non peccat nisi consuetudo ecclesie obsistat. vel hoc modo tantum debere fieri asserat.

aimo sup epistolam ad ro.

Augꝰ in quadam omelia.

Qñ circūcisio amisit vim suā

Solet etiam q̄ri si circumcisio amisit statuꝫ ab institutōne baptismi. Ad qđ dicimus in christi morte terminata esse legalia omnia Extunc ergo circumcisio perdidit vim suā ita ꝙ postea non ꝓfecerit. sed potiꝰ obfuit obseruatoribus suis. Sed vsqꝫ ad oblationem vere hostie potuit ꝓdesse. Si enim ante passionez legalia finē habuissent non ea imminente vetus pasca cum discipulis manducasset.

De causa institutionis

Causa vero īstitutionis baptismi est innouatio mētis vt homo qui per peccatuꝫ vetus fuerat ꝑ gratiam baptismi renouet̄. qđ fit depositione vicioꝝ ⁊ collatione virtutuꝫ. sic enim fit quisqꝫ nouus homo / cum abolitis peccatis ornatur virtutibꝰ. ⁊ abolitio peccatoꝝ pellit feditatem. Appositio virtutum affert decorem. ⁊ hec est res huiꝰ sacram̄ti scꝫ interior mūdicia.

Queritur an baptismus aperuit celuꝫ quod non aꝑuit circumcisio.

Si querit̄ vtrū baptismus aperuit celum quod nō aperuit circumcisio dicimus. qꝛ nec baptismus nec circūcisio regni nobis adituꝫ aperuit sed hostia saluatoris. que si tēpore circumcisionis oblata fuisset illiꝰ temporis homines in regnū intrassent Res ergo huius sacram̄ti iustificatō ē

Q alij suscipiunt sacramentuꝫ et rem alij sacramentuꝫ et non rem. Alij rē et nō sacramentū

Hic dicendum ē aliquos suscipere sacramentum et rem sacramenti. aliquos sacramentum ⁊ nō rem. aliquos rem ⁊ non sacramentum. Sacramentum et rem simul suscipiunt omnes paruuli qui in baptismo ab originali peccato mundaut̄. quamuis qui daꝫ diffiteant̄ illis qui parituri ꝑuulis in baptismo dimitti peccata. innitentes illi v̄bo aug̃. Sacramenta in solis electis efficiunt quod figurant non intelligentes illud ita esse accipiendum. quia cū in alijs efficiant sacramenta remissionez non hoc eis faciunt ad salutē

DI. IIII

De errore q̄rundam

Aug̃. in li. d̄ baptismo

sed solis electis. Nam q̃ omnibus par
uulis in baptismo remittatur peccatuz
per baptismum. Ambro. euident dicit
A paruulo inquit recent nato vsq̃ ad
decrepitum senem. sicut nullus ꝓhibe
tur a baptismo. ita nullus ē qui nō pec
cato moriat in baptismo. sed paruuli
tantum originali. maiores vero etiam
omnibus que male viuendo addiderūt
ad illud nisi enormitas vite impediat
id est fictio. adulti vero qui cū fide bap
tizantur / sacramentū ⁊ rem suscipiūt.

De ficte accedentibus.

Qui vero sine fi

de vel ficte accedunt. sacramentum nō
rem suscipiunt. vnde iero. Sunt lauac̄
gentilium hereticorum sed non lauant
ad salutez. in ecclesia etiam qui nō ple
na fide accipiunt baptismum non spiri
tum sed aquam suscipiunt Aug̃. etiam
ait. Iudeis omnibus communia erant
sacramenta. sed non communis omni
bus erat gratia que est virtus sacramē
torum. Ita et nunc communis est bap
tismus omnibus baptizatis. sed nō vir
tus baptismi. i. ipsa gratia. Item om
nis qui iam sue voluntatis arbiter cō
stitutus est cum accedit ad sacramentū
fidelium nisi peniteat eum veteris vite
nouaz non potest inchoare ab hac peni
tentia cuz baptizant soli paruuli immu
nes sunt. his alijsq̃ testimonijs aperte
ostenditur adultis sine fide ⁊ penitentia
vera in baptismo non conferri gratiaz
remissionis. quia nec paruulis sine fide
aliena qui ꝓpriam habere nequeūt / da
tur in baptismo remissio Si quis ergo
ficte accedit non habens veram cordis
contritionem / sacramentum sine re ac
cipit. Videt tamen aug̃. dicere q̃ eti
am ficte accedenti qui etiaz habet odiū
fraternum in ipso momento quo bapti
zatur omnia ꝑdonent ⁊ post baptismū
mox redeant. sed non hoc asserendo di
cit. immo hanc opinionem ⁊ premissaz
sententiam conferendo. Ait enim sic.

Aug̃. in. ꝑs. lxxviij.

Aug̃. de pnia

Attende diligenter.

Eis qui in ficto corde baptizantur aut
peccata nullatenus dimittunt. qz spiri
tussanctus disciplinę effugiet fictū. aut
in ipso temporis puncto per vim sacra
menti dimissa / iterum per fictionem re
plicant vt etiam illud verum sit. q̃tq̃t
in christo baptizati estis ꝛc̄. Etiam il
lud spiritussanctus vt induat euz xp̃m
sanctitas baptismi. exuat eum christuz
pernicies fictionis. Nam redire dimis
sa peccata vbi fraterna caritas non est
aperte dominus docet etiaz in illo ser
uo a quo dominus dimissum debitū pe
tijt. qz ille conseruo dimittere noluit.
Sic non impedit baptismi gratia quo
minus omnia peccata dimittant. etiaz
si fraternum odium in eius cui dimittā
tur animo pseuerat. Voluitur enim be
sternus dies ⁊ quicquid superest. ⁊ sol
uit etiaz ipsa hora. momentumq̃z ante
baptismum. ⁊ in baptismo. Deinceps
autez continuo reus incipit esse non so
lum ꝓsequentium sed etiam preteritoꝝ
dieꝝ horarum. momentoꝝ. redeuntib'
omnibus que dimissa sunt. Hoc autem
vt prediximus / nō sub assertione dixit
quod ostenditur ex eo qd̃ ait in eodem
libro sic. Si ad baptismum fictus acce
dit dimissa sunt ei peccata. aut nō sunt
dimissa eligant qd̃ voluerint. Ecce ap
te cernis si tū intendis id dixisse aug̃.
non asserendo sed querendo ⁊ aliorum
opinionem referendo. Idem enim ait.
Tunc valere incipit ad salutem baptis
mus cum illa fictio veraci ꝓfessione re
cesserit. que corde in malicia pseueran
te peccatoꝝ ablutionem non sinebat fie
ri. non ergo ficte accedenti peccata di
mittuntur.

Quomodō intelligatur illud quotquot in christo baptizati estis christum induistis.

Queritur ergo

quō illud accipiat quotquot in christo
baptizati estis christuz induistis. pōt di
ci q̃ q̃ in christo. i. ī christi ꝓformitate

baptizant' scz vt moriantur vetustati peccati sicut christus vetustati pene. induunt christum quem per gratiaz inhabitantem habent. potest ⁊ aliter solui. duobus enim modis christum induere dicimur. vel assumptione sacramenti. vel rei perceptione. Unde aug. Induunt homines christum aliquando vsqz ad sacramenti perceptionem. aliquando vsqz ad vite sanctificationem atqz illud primũ bonis ⁊ malis potest esse cõmune. hoc autem est proprium bonorũ ⁊ piorum. Omnes ergo qui in xp̃i nomine baptizantur christum induunt vl' secundum sacramenti perceptionez vl' secundum vite sanctificationem.

Aug' in li. d baptismo.

De illis qui suscipiunt rem et non sacramentum.

Qz passio implet vicẽ baptismi.

Sunt et alij vt supra posuimus q̃ suscipiunt rem ⁊ nõ sacramentum. qui enim effundunt sanguinez ꝓ nomine iesu. ⁊ si non sacram̃tum. rem tamen accipiunt. vnde aug'. Quicunqz non percepto regeneratiõis lauacro per confessionem christi moriũtur tantũ eis valet ad dimittenda peccata. quantuz si abluerent' sacro fonte baptismi. Audistis qꝫ passio ꝓ xp̃i nomine suscepta supplet vicem baptismi.

Aug. li. xiiij. de ci. dei.

Qz nõ modo passio sed fides et cõtritio implet vicẽ baptismi

Nec tantum passio vicem baptismi implet sed etiam fides ⁊ contritio vbi necessitas excludit sacramentum. sicut aperte docet aug. dicens. baptismi vicem aliquando implere passionez. De latrone illo cui nõ baptizato dictuz est/hodie mecum eris in paradiso. Beatus ciprian' in li. iiij. de baptismo non leue documentum assumit qd etiam atqz etiam cõsiderans inuenio/non tantum passionem ꝓ nomine christi id qd baptismo deerat posse supplere. sed etiam fidem conuersionemqz cordis/si forte ad celebrandum misterium baptismi in angustijs temporum succurri non potest. Neqz enim ille latro ꝓ nomine christi crucifixus est sed ꝓ meritis facinoꝝ suoꝝ. nec qꝛ credidit passus est sed dum patitur credit Quantum ergo valeat baptismus sine etiam visibili sacramento quod ait apostolus. Corde credit' ad iusticiam. ore autem ꝯfessio fit ad salutem. in illo latrone declaratuz est. sed tunc impletur inuisibiliter. cum misteriuz baptismi ñ contemptus religionis. sed articul' necessitatis excludit. ⁊ baptismus quidẽ potest esse vbi conuersio cordis defuerit. conuersio autez cordi potest quidẽ inesse non percepto baptismo/sed contempto baptismo ñ potest nec vllo modo dicenda est conuersio cordis ad deũ cum dei sacramentum contemnit'. Ecce hic habes non solum passionem. sed etiam fidem ⁊ contritionem ꝯferre remissionem vbi non ꝯtemnit' sacramentum. vt in latrone illo ostendit' qui nõ per passionem. sed per fidem saluatus est sine baptismo. Sed dicunt quidam hoc argumentum retractasse augustinũ Retractauit quidem exemplum. ꝑ sententiam nõ. Ait enim in quarto libro d baptismo cum dicerem vicez baptismi posse habere passionem. non satis ydoneum posui illius latronis exemplum. qꝛ vtrum vel non fuerit baptizatus incertuz est. Constat ergo sine baptismo aliq̃s iustificari et saluari. Uñ ambro. de valentiniano. Uentrem meum doleo vt ꝓphetico vtar eloquio qꝛ quem regeneraturus eram amisi. veruntamẽ gratiam ille quam poposcit non amisit His autez videt' obuiare qd dominus dicit. nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritusancto non potest intrare in regnum celorum. qd si generaliter verum est nõ vident' esse vera superius posita sed illud intelligenduz est de illis q̃ possunt ⁊ contemnunt baptizari. vl' ita intelligenduz est nisi quis renatus fuerit ex aq̃ ⁊ spiritusan. i. ex ca regeneratõe

Aug. in li. ij retractationũ

Ambro.

Que vident' obuiare predictis.

Determiatio

potest sic. illud greg. pluit dominus ⁊c Non ad criminis veniaꝫ ꝗ ad opis peccati desertionem referendum est. vt iõ ps ciuitatis dicat cõplui. quia ab actu et delectatione peccati cui añ fuiebat modo cessat. non q̃ eius veniam habeat. Vocaturqꝫ pluuia illa talis ꝓtinentia qua ab ope peccati reuocat quia ex fonte gratie dei id cordi instillat vt vel sic paulatim ad penitentiam veniat. vl' eo minus puniat a deo qui diuturniori delectatione ⁊ actu peccati maius sibi accumulasset tormentum. Si vo ad indulgentiam reatus pluuia referatur euangelice snie ꝓtraire videbit Si em̃ ꝑ ꝑter misericordiam qua quis ꝓximo suo nõ miseret etiam q̃ dimissa sunt replicant ad penam. multomagis q̃ nondum sunt dimissa ꝑ ꝑter odium fraternum ad penam reseruari ꝑbant. Et si ille qui arbitriuꝫ sue voluntatis ꝓstitutus est. nõ potest inchoare nouam vitã vt ait aug. nisi peniteat eum veteris vite. quomodo ad nouitatem indulgẽtie pueniet qui odũ vetustatem non deposuit. Illud etiam qd ambrosius ait. et si fides desit pena satisfacit ⁊c Non de fide intelligit qua credit in deum. ꝗ de conscientia delicti. Deest em̃ fides. cũ conscientia peccati non subest. Nã cũ delicta omnia nemo intelligat. est aliqñ in homine peccatum cuius non hꝫ conscientiam. Unde apostolus. Nihil mihi ꝓscius sum. ꝗ non in hoc iustificatus Cum ergo quis flagellat ꝑ peccato cuius non est conscius. si patient fert penaꝫ ⁊ humiliter amplectit. cogitans se forte peccatuꝫ habere qd non intelligit ꝑ eo puniri a deo. pena illa satisfacit ⁊ releuat g̃uatũ Ad hoc aũt qd obicitur de satisfactiõe illa si satisfactio nõ fuit. iterum imponenda est. Si vo iteruꝫ imponenda non est. satisfactio fuit. ⁊ si satisfactio fuit. veniam impetrauit. Responderi potest satisfactionem ideo nõ fuisse. quia ille dignos fructus pnie nõ fecit. Est enim satisfactio penitentie vt ait aug. peccatorum causas excidere. nec suggestionib' earum aditum indulgere. Idẽ sane qui scelerate viuũt nec curant talem vitam moresqꝫ corrigere. ⁊ inter ipsa facinora sua elemosinas frequentare non cessant. frustra iõ sibi blãdiunt quia dominus ait. date elemosinam. ⁊ ecce omnia munda sunt vobis. hoc em̃ q̃ꝫ late pateat non intelligunt.

Aug' in libro de penitentia

Aug. i ench.

De generibus elemosinaruꝫ.

Multa enim sũt

genera elemosinaꝫ. que cum facim' ad iuuamur. non solum qui dat esurienti

cibum. sitienti potuz et huiusmodi sed etiam qui dat veniam petenti / elemosinam dat. ⁊ qui emendat verbere ī quē potestas dat. vel cohercet aliqua disciplina. vel orat vt ei peccatum dimittatur elemosinam dat. quia misericordiam prestat. multa em̄ bona prestantur inuitis. quando eorum ꝯsulitur vtilitati ⁊ non voluntati. ꝑ ea maior est q̄ ex corde dimittim⁹ qđ in nobis quisqꝫ peccauit. Minus em̄ magnuz est erga cū esse beniuolum qui tibi nihil mali fecit Illud multo grandius vt tuum etiā inimicum diligas. ⁊ ei qui tibi malū vult et si potest facit. semꝑ bonum velis faciasqꝫ qđ possis. qđ ergo dominus ait date ele. ⁊. o. m. s. v. ita ne intellecturi sumus vt nō credentibus in xp̄m mūda sunt omnia si elemosinas istas dederint qui vult ordinate elemosinaz dare a se debet primum incipere ⁊ eam primum sibi dare. Est em̄ elemosina opus misericordie. verissimeqꝫ dictum ē. miserere anime tue placens deo. Non ergo se fallant qui ꝑ elemosinas largissimas fructum suoꝝ vel pecunie / impunitatem se emere estimant in peccatis ꝑmanentes que ita diligunt vt in eis optent versari. Qui v̄o diligit iniquitatē odit animam suam. ⁊ q̄ odit animaz suam nō est misericors ei ꝑ crudelis. diligendo quippe eam ꝑm seculum. odit eā ꝑm deum. Si ergo vult ei dare elemosinam suaz ꝑ quam fit munda / odiat eā ꝑm seculū. ⁊ diligat eam ꝑm deum. hac elemosina quam sibi homo primitus debet mundant interiora. ad qđ hortans xp̄s ait. Mundate que intus sunt. immundis em̄ nihil est mundum ꝑ polluta sunt eoꝝ mens ⁊ ꝯscientia vt ait aplus Immundi v̄o sunt omnes quos nō mūdat fides. q̄ credit in christum de qua scriptum est. Mundans fide corda eorum. ꝑ ne istas elemosinas que fiunt de fructib⁹ terre respuere xp̄s videret hec inquit oportuit facere scz iudiciū ⁊ caritatem dei ⁊ illa non omittē. i. elemosinas fructuum terrenoꝝ. Ex his datur intelligi q̄ in peccato mortali permanē

Quid sit elemosina.

tes ⁊ si elemosinas largas faciant nō tñ ꝑ eas satisfaciūt. quia inordinate agūt dum a se non incipiunt. nec ꝓprie dicitur elemosina tale op⁹. dū sibiꝑis crudeles existunt. nō placentes deo. Non ergo dicenda est illa satisfactio peccati quam quis agit ꝓ vno peccato. dum ꝑdurat in altero. quia nihil ꝓdest ieiunare ⁊ orare. ⁊ alia bona agē nisi mēs reuocet a peccato. ⁊ si aliqñ ꝯuersus tacitum peccatum sacerdoti fuerit confessus / de vtroqꝫ imponenda est ei satisfactio. qꝛ de primo condigne nō satisfec̄.

Pius papa.

Secundum quosdam fuit satisfactio.

Quibusdam tamen videt fuisse satisfactio ꝑ infructuosa dum in peccato altero persistit. ꝑcipiet tñ fructus eius. incipietqꝫ ꝓficere cum peccati alterius penituerit. Tunc em̄ vtrunqꝫ dimittit peccatum ⁊ satisfactio p̄cedens viuificat q̄ fuerat mortua. sicut baptismus illi qui accedit ficte. tūc primitus valet cum fictio a mēte recedit ꝑ penitentiam / ⁊ in hui⁹ opinionis munimentum autoritates inducunt. Ait em̄ aug̃. pium ē credere ⁊ nostra fides h̄ postulat vt cum gr̄a christi in homine destruxerit mala p̄ora. etiā remuneret bona. ⁊ cum destrui qđ suū nō inuenit. diligit bonum qđ in peccante plantauit. Item hiero. Si qñ videris int̄ multa peccata quenq̄ facē aliq̄ iusta opa nō ē tam iniustus de⁹ vt ꝓpt̄ multa mala obliuiscat paucorū bonoꝝ sed faciet eum metere ⁊ in horrea congregare q̄ bona terra seminauit. ꝑ hec dicta intelligimus de illo q̄ in caritate quodaz tpe bona facit et bonus ē. alio v̄o tempore malus est ⁊ multa peccata facit Non ergo intelligendum est cum int̄ multa peccata iusta opa fecisse. q̄si simul eodemqꝫ tpe peccata fecerit ⁊ iusta opera. ꝑ diuersis temporib⁹ vtraqꝫ egisse. Nisi em̄ bonus foret qñ bona fecit. non seminasse diceret in terra bōa.

Aug⁹ in libro de pnia autoritates inducunt.

Hieronimus

Destructis ergo malis post opera bona commissis prioza bona in caritate. scilicet facta que sequentia mala mortificauerant. penitentia de illis malis habita. viuificant ⁊ remunerant. Vñ apostolus. Iacientes fundamentum penitentia ab operibus mortuis. opa mortua nominans prioza bona signat. que per sequens peccatum erant mortua. quia hij peccando prioza bona irrita fecerunt. hec sicut peccando irrita fiunt ita p penitentiam reuiuiscunt ⁊ ad meritum eternitatis ꝓficere incipiunt Similiter ⁊ illud bonum amat deus quod in peccante plantauit. in illo scz q̃ post illud bonum peccauit. Non simul peccans ⁊ bene operans extitit. quia talis hominis opus nõ diligeret deus ad remunerationem.

Aplus in epistola ad heb.

De operibus bonis.

Potest etiam accipi de opib' bonis que ab aliquo fiunt dum malus est. ⁊ in peccato mortali ꝑsistit vel ad temp' vel vsqz in finez que dicunt remunerari a deo ⁊ nõ dari obliuioni. non qz ꝓficiant ad vitam eternam obtinendam. ꝗ ad tolerabilius extremi iudicij supplicium sentiendum. sicut de fide ⁊ ceteris q̃ sine caritate habent. Aug'. ait. Si quis non habẽs caritatem que ptinet ad vnitatem spirit' ⁊ vinculum pacis quo ecclesia connecti tur in aliquo scismate ꝓstitutus. ne xp̃z neget. patit tribulationes. famem ꝑsecutionez vel flammas vel bestias. vl' ipsam crucem. timore gehenne. nullo mõ ista culpanda sunt. Immo ⁊ hec laudãda est patientia. Non em̃ dicere potuimus melius ei fuisse. vt christum negãdo nihil eorz pateret que passus ẽ cõfitendo. ꝗ estimandum est fortasse tolerabilius ei esse futuz iudiciuz q̃z si xp̃m negando nihil eoz pateret. vnde illud qõ ait apostolus. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam. caritatem autem non habuero nihil mihi ꝓdest Nihil ꝑdesse intelligat ad regnum obtinendũ non ad extremi iudicij tolerabilius sub eundem supplicium. ⁊ infra hec ꝓpt caritatem dicta sunt. sine qua in nobis nõ potest esse vera penitentia. quoniaz in bonis caritas dei est que tolerat omnia

Aug' in libro de patientia.

Perstringit dictoruz summã vt alia addat.

Ex his ostendit bona que sine caritate fiunt ꝓdesse quidem ad tolerabiliorem penam sentiendam. ꝗ non ad vitam obtinendam. illa etiam que in caritate quis facit si postea ꝓlapsus fuerit. nec exurrexerit non esse in memoria dei. Ezechiel dicit. si auerterit se iustus a iusticia ⁊ fecerit iniquitatem nunq̃d viuet / omnes iusticie eius quas fecerat non recordabunt. in peccato suo morient ⁊ non erunt in memoria iusticie quas fecit. In cuius loci expositione greg'. ait. Hic nobis maxime considerandum est. quia cum mala committimus / sine causa ad memoriaz transacta bona reuocamus. quoniaz in ꝑpetratione malorum nulla debet esse fiducia bonorum preteritoz. Intelligendum est hoc ad vitam ꝓcipiendã bona ꝑterita non dare fiduciaz. ⁊ si ad mitiorem penam / alioquin ꝑmisse autoritati augustinus obuiaret. bona ergo sine caritate facta ⁊ bona in caritate facta que committat mortal' culpa / quaz nõ sequens penitentia delet / ad sensuz mitioris pene proficiunt nõ ad vite fructum.

Gregor'.

Autoritates alias inducit contra eos qui dicunt de vno peccato penitentiam agi altero tacito.

Datis arbitror illis esse responsum qui asserunt de vno crimine penitentiam agi ⁊ veniam prestari / alio in delectatione retento vel p

confessionem non exposito. qui nõ modo p̃missis autoritatib⁹ confutant̃ sed etiam subditis Ait em̃ augustin⁹ sunt plures quos penitet peccasse ꝑ non omnino ꝑuantes sibi quedam in quibus delectent̃. non animaduertentes dominũ simul mutum ⁊ surdum a demonio liberasse. ꝑ hoc docet nos nunq̃ nisi de omnibus sanari. Si em̃ vellet peccata ex parte reseruari habentem septem demonia ꝑficere potuit. vi. expulsis/expulit autẽ. vij. vt omnia crimina simul eicienda doceret. Legionem v̄o demonum ab alio eiciens nullum reliquit de om̃ibus q̃ liberatum possideret Ostendens ꝙ si etiaꝫ peccata sint mille/oportet de omnib⁹ penitere. Nunq̃ aliquẽ sanauit dominus quem omnino non liberauit. Totum em̃ hominem sanauit in sabbato quia ⁊ corpus ab omni infirmitate ⁊ animam ab omni ꝯtagione iudicans penitentem oportere simul dolere de omni crimine. Scio enim dominum inimicum omni criminoso. Quomodo ergo qui crimen reseruat de alio reciperet veniam. sine amore dei consequeret̃ veniam sine quo nemo nunq̃ inuenit gratiam. hostis em̃ dei est dũ offendit ꝑseuerant̃. Quedaꝫ impietas infidelitas est ab illo qui iustus ⁊ iusticia est. dimidiam sperare veniam Jaꝫ em̃ sine vera penitentia inueniret gratiam Penitentia em̃ vera ad baptismi puritatem conatur ducere. Recte em̃ penitẽs q̃cq̃d sordis post purificationẽ baptismi ꝯtraxit. oportet vt abluat saltem lacrimis mentis. ꝑ satis dur⁹ est cuius mentis dolorem oculi non declarant/ ꝑ sciat se culpabiliter duꝝ qui deflet dãna temporis vel mortem amici/ ⁊ dolorem peccati non oñdit in lacrimis. quẽ ergo penitet/omnino peniteat. Idẽ penitentes si vere estis penitentes et non estis irridentes/mutate vitam. reconciliamini deo. Penitentiaꝫ agis. genua flectis ⁊ rides/subsannas dei patientiã Si penitentiam agis penitet te/si non penitet te/non es penitens/si ergo penitens/cur facis que fecisti male. Si fecisse penitet/noli facere si adhuc facis certe nõ es penitens. Item innocenti⁹ secund⁹ ammonem⁹ fratres nostros ne falsis penitẽtijs laycoꝝ animas decipi ⁊ in infernuꝫ ꝑtrahi patiant̃. falsaꝫ autem penitentiam esse ꝯstat. cum spretis pluribus de vno solo pnĩa agit̃. vel cum sic agit̃ de vno. vt non discedatur ab alio.

Innocentius secundus.

Repetit de vera penitentia vt addat.

Ex premissis per

spicua fit noticia pnĩe vere ⁊ satisfactionis. Illa em̃ vera est penitentia q̃ peccatum abolet. qđ illa sola facit que scelus corrigit. Illa v̄o scelus corrigit q̃ odium commissi criminis ⁊ committẽdi cum desiderio satisfaciendi affert Judas em̃ penituisse legit̃ sine assecutiõe venie. quia tali pnĩa nõ correxit crimẽ Unde hiero. Nihil iude profuit egisse penitentiam ꝑ quaꝫ scelus corrigẽ non potuit. Sic qñ frater peccat in fratrem vt emẽdare non valeat ꝙ peccauit. potest ei dimitti. Sin autez ꝑmanent opa frustra voce assumit̃ penitentia Hoc ẽ qđ de eo đr. ⁊ oratio eius fiat in peccatum. vt nõ solum emẽdare nequiuerit ꝓditionis nephas. sed ꝓprij homicidij scelus addiderit caue qualit̃ intelligas illud vt emẽdare nõ valeat ꝙ peccauit ⁊c̃. non em̃ emendatio hic intelligẽda est rei dempte recompensatio ꝑ delicti exprobratio ⁊ abhominatio. cum satisfactionis desiderio. Demit em̃ iniuste quis alicui qđ restituẽ nõ valet. vt oculum vel vitam ⁊ huiusmodi ⁊ tamen si penituerit peccati cum amore cõdigne satisfactionis veniam hꝫ. Nec iõ quisq̃ putet qui rem alienaꝫ iniuste abstulerit quã reddere potest. de illo peccato penitere ac veniaꝫ consequi non restituat ablatum. Quamdiu enim res propter quam peccatum est non redditur si reddi potest. nõ agitur penitentia sed fingitur.

Hiero. super math.

De tribus que in penitētia cōsideranda sunt.

DI XVI

In pfectione autez penitentie tria obseruanda sunt. scilicz compunctio cordis. confessio oris. satisfactio opis. Unde iob. os aureum. pfecta penitentia cogit peccatorem omnia libenter ferre. in corde eius ꝯtritio. in ore ꝯfessio. in ope tota humilitas. hec est fructifera penitentia vt sicut trib⁹ modis deum offendimus. scz corde. ore. ope. ita trib⁹ modis satisfaciamus. Sunt em̄ tres peccati differētie. vt ait Aug⁹. ꝛ in corde. ꝛ in facto. ꝛ in ꝯsuetudine vel v̄bo. tanq̄ tres mortes. vna quasi in domo. s. cū in corde ꝯsentit̄ libidini. altera q̄si ꝓlata iā extra portam cum in factum ꝓcedit assensio. tercia est male consuetudinis tā quā mole premit̄ animus. vel noxie defensionis clipeo armat̄ q̄si in sepulchro cuius iam putens. Hec sunt tria genera mortuoꝝ que deus legitur suscitasse huic ergo morti triplici. triplici remedio occurrit̄. ꝯtritione. ꝯfessione. satisfactione Compunctio nobis ibi commēdat̄. Scindite corda vestra ꝛ non vestimenta vestra. ꝯfessio ibi. Just⁹ in p̄ncipio s̄monis accusator est sui. vere em̄ confitet̄ qui se accusat. qui execrando malum sibi imputat. Et ibi effundite coram illo corda vestra Et item. Confitemini alterutꝝ peccata vestra. Satisfactio a iohāne precipitur. vbi ait facite dignos fructus penitentie scz vt s̄m q̄litatem ꝛ quantitatez culpe/ sit q̄litas et quantitas pene. Non em̄ par debet esse fructus boni opis eius q̄ nihil vel minus peccauit ꝛ eius q̄ grauius cecidit. Ideo discretio penitenti valde necessaria est vt illa gerat que tradit aug⁹. dicens. Consideret qualitatem criminis in loco. in tempore. in pseuerantia. in varietate psone. ꝛ quali hic fecerit tēptatione ꝛ in ipsius vicij multiplici executione. Oportet em̄ penitere fornicātem. s̄m excellentiam sui status vl' officij. vel s̄m modum meretricis ꝛ in moduz operis sui. ꝛ qualiter turpitudinē egerit si in loco sacrato. si in tpe oratōi constituto. vt sunt festiuitates ꝛ tempora ieiunij. Consideret inquantum pseuerauerit ꝛ defleat q̄ pseuerant̄ peccauerit. ꝛ quanta victus fuerit in pugnatione. Sunt em̄ qui non soluz nō vincunt̄ s̄ vltro se peccato offerunt nec expectant temptationem s̄ preueniunt voluptatez ꝛ ptractent secum q̄ multiplici actione vicij delectabilit̄ peccāt. omnis ista varietas ꝯfitenda est ꝛ deflēda vt cum cognouerit qd̄ peccatuz ē/ cito inueniat deum ꝓpiciuz. In cognoscendo augmentum peccati inueniat cuius etatis fuerit. cuius sapientia ꝛ ordinis Immoret̄ in singul' istis ꝛ sentiat modum criminis purgans lacrimis omnē qualitatem vicij defleat virtutem q̄ interim caruit. Dolendum est em̄ non solum qd̄ peccauit/ s̄ quia se v̄tute p̄uauit. Defleat etiam quem offendens in vno factus est omnium reus Ingratus enim extitit q̄ plenus virtutibus deum omnino non timuit In hoc enim quisq; peccator fit culpabilior quo est deo acceptior. Ideo enim adam plus peccauit/ quia omni bono abundauit. Alio etiam modo offendens in vno factus est omnium reus. qꝛ omnis virtus patitur detrimentum ab vno vicio. Ponat se omnino in iudicio ꝛ potestate sacerdotis nihil sui reseruans sibi. vt om̄ia eo iubente paratus sit facere ꝓ recipiēda vita anime/ que faceret ꝓ euitanda corporis morte. ꝛ hoc cuz desiderio. quia vitam recuperat infinitam. Cum gaudio enim facere debet immortalis futurus/ que faceret ꝓ differēda morte moriturus semper deprecet̄ deuz. offerat deo mentem ꝛ cordis contritionem. deinde ꝛ qd̄ potest de possessione. Tunc si qd̄ offerat secur⁹ offerat/ respexit dominus ad abel ꝛ ad munera eius. Pri⁹ dicit ad abel q̄ ad munera eius. In iudicio ergo cordis conferenda est elemosina tribuentis. Nec considerandum ē

Iohes. os aureum.

Aug⁹ de s̄mone hito in mōte.

Beda.

Aug⁹ in li. d̄ penitētia que attēdēda sūt

quantum / sed qua mente qua affectione dat qd potest. Qui ergo sua peccata redimere vult temporalium oblatione / pius offerat mentem. Caveat ne ductus verecundia diuidat apud se confessionem vt diuisa diuersis velit sacerdotib' manifestare. Quidam enim vni celant qd alij manifestanda ?seruant qd est se laudare. ⁊ ad ypocrisim tendere ⁊ semper venia carere ad quam p frusta putat peruenire. Caveat etiam ne prius ad dominicum corpus accedat / qm ?fortet se bona conscientia ⁊ doleat. qd nondum audeat sumere quem multum desiderat cibum salutarem. Cohibeat etiam se a ludis a spectaculis seculi qui perfectam vult cõsequi remissionis gratiam. Isti sunt digni fructus penitẽtie animã captiuam elaqueantes ⁊ in libertate fuantes. ⁊ infra. Querat anima dignos fructus. ⁊ si non dignos penitentie. Sunt enim digni fructus virtutum. q nõ sufficiunt penitentibus penitentia em̃ graiores postulat. vt dolore ⁊ gemitibus mortuus impetret vitam. Ex his ostenditur qui sunt digni fructus penitẽtie q̃ bus vera satisfactio expleꝰ. ⁊ q nõ omnes digni fructus sunt digni fructus penitentie. Qd de illa penitentia intelligitur que maiorum est criminum Non enim sufficiunt graviter delinquentib' que sufficiunt minus vel parum peccãtibus.

qd non est diuidenda ?fessio p diuersos sacerdotes

Que sit falsa satisfactio.

Et sicut sunt digni fructus penitentie ac vera satisfactio ita ⁊ indigni fructus et falsa satisfactio id est falsa penitentia. Unde greg. falsas penitentias dicimus que nõ ꝓm auctoritates sanctorum p qualitate criminum imponunꝰ. Idcoq miles vel negociator vel alicui officio deditus qd sine peccato exerceri ñ possit. si culpis grauioribus irrecitus ad penitentiam venerit vel qui bona alterius iniuste detinet. vel qui odium in corde gerit. Recognoscat se veram penitentiam nõ posse peragere. nisi negociũ relinquat. vt officium deserat. ⁊ odium ex corde dimittat. ⁊ bona que iniuste abstulit restituat. Ne tamen desperet interim q̃cq̃d boni facere potest hortamur vt faciat. vt deus cor illius illustret ad penitentiam. cum sit penitentia interior ⁊ exterior. de vtraq per premissa satis apparet que sit vera ⁊ que sit falsa.

Gregorius

De trib' actionib' penitentie.

Predictis vero adiciendum est q tribus modis agitur penitentia ante baptismum scz de prioribus peccatis. post baptismum de graiuibus que post committunꝰ. Est etiam penitentia venialium quotidiana q̃ etiã humilium est ⁊ perfectorum. Unde aug. tres sunt actiones penitentie. quas mecum eruditio vestra recognoscit. Una est que nouum hominem parturit donec per baptismum omnium preteritorum ablutio fiat peccatorũ. quia nullus sue voluntatis arbiter. nisi peniteat eũ veteris vite. nouam incho are potest. a q̃ paruuli sunt immunes cum baptizanꝰ. quia nondũ possunt vti libero arbitrio quibus tamen ad remissionem originalis peccati ꝓdest eorum fides a quibus offeruntꝰ. Altera est actio penitentie p' baptismum que fit ꝓ illis peccatis que legis decalogus continet. Agunt ergo homines penitentiam ante baptismum de peccatis prioribus. ita tamen vt etiam baptizenꝰ. sicut petrus ait. Agite penitentiam ⁊ baptizeꝰ vnusquisq vestrum in nomine ⁊c̃. Agunt etiam penitentiam si post baptismum ita peccauerunt vt excommunicari ⁊ post reconciliari mereantur. Est etiam penitentia bonorum ⁊ humilium fidelium pene q̃tidiana in qua pectora tondimus dicentes. Dimitte nobis debita nostra ⁊c̃. Neq ea nobis dimitti volum' que dimissa nobis in baptismo non dubitamus.

Aug. ad felicianum.

In actib' apostolorum.

Qꝛ multitudo venialiuz ita aggrauat sicut vnum grande peccatum.

Sed illa que humane fragilitati quamuis parua tamen crebra surrepunt que si collecta contra nos fuerint ita nos grauabunt ⁊ opprimẽt sicut vnuz aliqđ grande peccatũ Quid enim interest ad nafragium/an vno grandi fluctu nauis operiat̃ et obruat̃. an paulatim surrepens aqua in sentinam ꝑ negligentium culpaz impleat nauem ⁊ submergat̃. Ideo ieiuniuz et elemosine ⁊ orationes inuigilẽt. In quib' cum dicimus dimitte nobis debita nostra ⁊c̃. manifestamus nos habere qđ nobis dimittat̃. ⁊ in his verbis humiliantes animas nostras quotidianaz agere penitentiam non cessamus.

De satisfactione venialium

Que autem prouenialib' sit satisfactio sufficiens Aug̃. insinuat ita inquiens in ench. de quotidianis ⁊ breuib' leuibusqꝫ peccatis sine quibus hec vita non ducit̃ quotidiana oratio fidelium satisfacit. Eoꝝ enim est dicere pater noster qui es in cel' ⁊c̃. delet omnino hec oratio minima et q̃tidiana peccata. Delet ⁊ illa a quib' vita fidelium etiam scelerate gesta. ꝑ penitendo in melius ꝯmutata discedit sicut veraciter dicit̃. dimitte nobis debita nostra. ita veracit̃ dicat̃ sic̃ et nos dimitti. debitoribus nostris. i. sic fiat quod dicit̃. quia ⁊ ipsa elemosina ẽ veniaz petentibus omnino ignoscere Ex his alijsqꝫ premissis iam facile est intelligere que ꝓ venialibus sit exhibenda satisfactio. Sufficit enim dominica oratio cum ieiunio aliquo ⁊ elemosinis. sic tamen vt p̃cedat ꝯtritio aliquantula ⁊ addat̃ cõfessio si ad sit facultas de qua confessione post tractabitur. Pro grauioribus vero peccatis hec etiam in satisfactione adhibenda sunt. sed multo vehementius atqꝫ districtius. qꝛ vt ait Aug̃. ad agendam penitentiam nõ sufficere vitam in melius commutare. ⁊ a malis factis recedere/nisi ⁊ de his q̃ facta sunt satisfaciat domino ꝑ penitẽtie dolorem. per humilitatis gemituz per contriti cordis sacrificium cooperantibus elemosinis.

Aug̃. in libro de penitentia

Tria proponuntur querenda primum an sine confessione dimittatur peccatum.

Hic oritur questio multiplex. Primo enim querit̃ vtrum absqꝫ satisfactiõe ⁊ oris confessione per solam cordis ꝯtritiõez peccatum alicui dimittat̃. Secũdo an aliquando sufficiat ꝯfiteri deo sine sacerdote Tercio an layco fideli facta valeat confessio. In his enim etiam docti diuersa sentire inueniunt̃. qꝛ super his varia ac pene aduersa tradidisse vidẽtur doctores. Dicunt enim quidaz sine ꝯfessione oris ⁊ satisfactione opis neminem a peccato mundari. si tempus illa faciendi habuerit. Alij vero añ oris cõfessionem ⁊ satisfactionem in cordis cõtritione peccatuz dimitti a deo. si tamẽ votum ꝯfitendi habeat. vnde ꝓpheta. Dixi confitebor aduer. m. in. m. do. ⁊ tu. re. im. ⁊c̃. quod exponens cassiodorus ait. dixi. i. deliberaui apud me qđ confitebor et. tu. re. Magna pietas dei ꝙ ad solam ꝓmissionem peccatum dimiserit. votuz enim ꝓ operatione iudicatur Item aug̃. nondum ꝓnunciat sed ꝓmittit se ꝓnunciatuꝝ/ ⁊ deus dimittit. quia hoc ipsum dicere. quoddã ꝓnuntiare est corde. Nondum est vox in ore vt homo audiat confessionem. ⁊ deus audit. Item sacrificium deo spiritus ꝯtri. cor. con. ⁊c̃. alibi etiaz legitur. quacunqꝫ hora peccator conuersus fuerit ⁊ ingemuerit vita viuet ⁊ nõ morietur. Non đr ore confessus fuerit sed

DI XVII

Testimonijs ꝓbat i sola cõtritione peccatuz dimitti

conuersus ingemuerit. Unde dat intelligi q etiam ore tacente veniam int̄dum consequimur. Hinc etiam leprosi illi quibus dominus precepit vt ostenderent se sacerdotib' in itinere anteq̄ ad sacerdotes venirent. mundati sunt Ex quo insinuat q anteq̄ ora nostra sacerdotibus aperiamus. i. peccata cōfiteamur. a lepra peccati mundamur. Lazarus etiam non prius de monumēto est eductus ⁊ post a domino suscitatus. ꝑ intus suscitatus ꝓdijt foras viuus. vt ostenderet suscitatio anime p̄cedere ꝯfessionem. Nemo enim potest ꝯfiteri nisi suscitatus. qꝛ a mortuo velut ille qui nō est perit ꝯfessio. Nullus ergo ꝯfitet nisi resuscitatus. nemo vero resuscitat nisi qui a peccato soluit. quia peccatum mors anime est. que vt est vita corporis. ita eius vita deus est his alijsq̄ pluribus autoritatibus probatur ante ꝯfessionem vel satisfactiōez sola compunctione peccatum dimitti. Nd qui negant eadem determinare laborant.

Item autoritatib' econtra ꝓbat sine confessione non dimitti peccatum.

Necnon in hui' sententie depressionem ⁊ sue opinionis assertionem autorum testimonia inducunt. Ait enim dominus per ysaiam. Dic tu iniquitates tuas vt iustificeris Item ambro. non potest quisq̄ iustificari a peccato. nisi peccatum ipsum antea fuerit ꝯfessus. Idem dicit. confessio a morte animam liberat. Confessio aperit paradisum. ꝯfessio spem salutis tribuit. qꝛ non meret iustificari. qui in vita sua non vult peccatum ꝯfiteri Illa ꝯfessio nos liberat que fit penitentia Penitentia vera ē dolor cordis ⁊ amaritudo anime ꝓ malis que quisq̄ commisit. Item ioh. non potest quisq̄ gratiā dei accipere nisi purgatus fuerit ab omi peccato per penitentiam ⁊ ꝯfessionem et per baptismum. Itez aug. agite penitentiam qualis agit in ecclesia. Nemo dicat sibi occulte ago apud deum ago. nouit deus qui mihi ignoscit quod in corde ago. ergo sine causa dictū est. que solueritis in terra soluta erunt et in celo. ḡ sine causa claues date sunt. frustramus verbum xp̄i. Job dic̄ Si erubui in cōspectu ꝓpli peccata mea confiteri Item ambrosius. venialis est culpa quam sequit ꝯfessio delictorum. Item aug. super illum locum psalmi. nō absorbeat me profund. neq̄ vr. super me. pu. os. su. Puteus est ꝓfunditas iniquitatis in quam si cecideris nō claudet super te os suū si tu nō claudis os tuum. Confitere ergo et dic de profundis clamaui ad te domine ⁊c̄. ⁊ euades. claudit super illum qui in ꝓfūdo contemnit. a quo mortuo velut qui non sit perit ꝯfessio Idem nullus debite grauioris pene accipit veniaz. nisi q̄ lemcunq̄ ⁊ si longe minorem q̄ debeat soluerit penam. Ita enim impartitur a deo largitas misericordie. vt non relinquat iusticie disciplina. Item iero. qui peccator est plangat delicta ꝓpria vel populi. ⁊ ingrediatur ecclesiam de qua ꝓpter peccatum fuerat egressus ⁊ dormiat in sacco vt preteritas delicias per quas deum offenderat. vite austeritate compenset. His alijsq̄ autoritatibus nituntur asserere. sine confessiōe vocis ⁊ aliqua absolutione pene/neminem a peccato mundari.

Ambro. in libro d paradiso

Idem in sermone xp̄i.

Iohes os aureum.

Aug. d pnia

Job.

Ambrosius.

Aug'

Iero. sup malachiam

Cui sententie potius consentiendum sit.

Quid ergo sup his sentiendum quid tenendum. Sane dici potest q sine ꝯfessione oris. ⁊ solutione pene exterioris peccata delentur per ꝯtritionem ⁊ humilitatem cordis. Ex quo eniz ꝓponit menet compuncta se ꝯfessuꝝ/ deus dimittit quia ibi ē cōfessio cordis ⁊ si non oris per quam anima interius mūdat a macula ⁊ ꝯtagio

peccati ꝯmissi. ⁊ debitum eterne mortis relaxat. Illa ḡ que superius dicta sunt de ꝯfessione ⁊ penitentia vel ad cōfessionem cordis vel ad interiorem penam referenda sunt. sic̄ illd̄ aug̃. ꝙ nullus d̄r veniaꝫ ꝯsequi nisi prius quantulamcunqꝫ peccati soluerit penaꝫ. vl' de exteriori pena accipiēda sunt. ⁊ ad cōtemnentes vel negligentes referēda sicut illud. Nemo dicat occulte ⁊c̄. Nō nulli em̄ in vita peccata confiteri negligunt vel erubescunt. Et iō non merent̄ iustificari. Sicut em̄ precepta est nob̄ interior penitentia. ita oris confessio ⁊ exterior satisfactō / si assit facultas Un̄ nec vere penitens est q̄ ꝯfessionis votū non hꝫ. et sicut peccati remissio munus dei ē. ita penitentia et ꝯfessio ꝑ quam peccatum deletur non potest esse nisi a deo. Ut aug' ait. Jam inquit donū spiritussancti hꝫ qui ꝯfitet̄ ⁊ penitet. quia nō potest esse ꝯfessio peccati ⁊ compunctio in homine ex seipso. Cum em̄ irascitur sibi quisqꝫ ⁊ displicet / sine dono spiritussancti non est. Oportet ergo penitentem ꝯfiteri si tempus habeat. ⁊ tamen anteq̄ꝫ sit confessio in ore si votum sit in corde / prestatur ei remissio.

Augu. super psal'. l.

Si sufficit soli deo confiteri

Jam secundum questionis articulum inspiciamus scilicet vtruꝫ sufficiat peccata confiteri soli deo / an oporteat ꝯfiteri sacerdoti Quibusdam visum est sufficere si soli deo fiat cōfessio sine iudicio sacerdotali ⁊ cōfessione ecclesie. qꝛ dudum dixit. dixi confitebor do. ⁊ tu. re. ⁊c̄. non ait sac̄doti ⁊ tamen remissum sibi peccatū dicit. Item ambrosius. Ideo fleuit petr' quia culpa obrepsit ei. non inuenio q̄d dixerit. inuenio ꝙ fleuerit. lac̄mas ei' lego. satisfactionem nō lego. Sꝫ quod defendi non potest / ablui potest. lauāt lacrime delictum quod voce pudor est confiteri ⁊ venie fletus consulunt et verecundie. hoc idem etiam maximus dicit episcopus. Item iohannes crisostomus. Non tibi dico vt te ꝓdas in publicum. neqꝫ aput alios acuses. sed obedire te volo prophete dicenti. Reuela viam tuam ante dominum tuum. ergo tua confitere peccata apud verum iudicem. cum oratione delicta tua pronuntia. non lingua. sed conscientie tue memoria. ⁊ tunc demum spera te misericordiam posse ꝯsequi Si habueris peccata tua in mente ꝯtinue nunq̄ꝫ malum aduersus ꝓximum in corde tuo teneb̄. Idem peccata tua dicito. vt deleas illa peccata. Sꝫ si ꝯfunderis alicui dicere. dicito ea quotidie in anima tua. non dico vt ꝯfitearis ea cōseruo tuo vt tibi exprobret. dicito deo qui curat ea Nec enim si non dixeris. ignorat ea cū faciebas ea presto erat. cum admittens ea cognouerat Nunq̄d ea vult a te cognoscere. peccare enim non erubuisti et ꝯfiteri erubescis Dicito in hac vita vt in alia requiem habeas. dicito ingemiscens ⁊ lacrimans in codice scripta sūt peccata tua. spongia peccatorum tuoꝝ lacrime tue sint. Item ꝓsperi illi quorum peccata humanam noticiam latēt non ab ipsis confessa. nec ab alijs publicata Si ea confiteri vel emendare noluerint deum quem habent testem. ipsum ⁊ habituri sunt vltorē. quod si sui ipsi iudices fiāt. ⁊ iudices veluti sue iniquitatis vltores. hic in se voluntariaꝫ penam seuerissime animaduersionis exerceant. temporalibus penis mutabūt eterna supplicia. ⁊ lacrimis ex vera cordis contritione fluentibus. restringunt eterni ignis incendia. ⁊ infra. Facilius sibi deum placabunt illi qui aut ꝓprijs confessionibus crimen prodeunt. aut nescientibus alijs ipsi in se voluntarie excommunicationis ferunt sententiam ⁊ ab altari cui ministrabant non animo sed officio seperati vitam suam quasi mortuam plangunt. Certiqꝫ reconciliati sibi efficacis penitentie fructibus. a deo non solum amissa recipiant. sed etiam superne ciuitatis gaudia recipiant

Auctibus ꝓbat ꝙ sufficiat.

Ambrosi' super lucam

Johes Crisostom' sup epistolā ad heb.

His autoritatib⁹ innitunt q̄ sufficē cō/
tendunt deo ꝯfiteri peccata sine sacer
dote. Dicunt em̄ q̄ si quis timens de/
tegit culpam suaꝫ apud homines ne in
de opprobrio habeat. vl' alij suo exem/
plo ad peccandum accingant. et iō ta/
ceat homini ⁊ reuelet deo. consequitur
veniam.

Q̄ non sufficit soli deo confite/
ri si tamen homini possit.

Sed q̄ sacerdo
tib⁹ ꝯfiteri oporteat. non solum illa au
toritate iacobi. ꝯfitemini alterutꝝ pec
cata vestra ⁊c. ꝑ etiam alioꝝ plurib⁹ te
stimonijs comprobat. Ait enim aug̃.
iudicet seipsum homo voluntate dū po
test. ⁊ mores ꝯuertat in melius. ne cuꝫ
iam non poterit preter voluntatē a do
mino iudicet. ⁊ cum in se ꝓtulerit seue
rissime medicine. ꝑ tamē vtilissime sen
tentiam. veniat ad antistites per q̄s il/
li claues in ecclesia ministrantur tanq̄ꝫ
bonus iam incipiens esse filius. mater/
noꝝ membroꝝ ordine custodito a p̄po/
sitis sacramentorum accipiat satisfactō
nis sue modum in offerendo sacrificiuꝫ
contribulati cordis deuotus ⁊ supplex
Id tamen agat quod non solum sibi ꝓ
sit ad salutem. ꝑ etiam ad exemplū ce
teris. vt si peccatum eius non modo in
graui eius malo. sed etiaꝫ in tanto scā
dalo aliorum est atq̄ꝫ hoc expedire vti
litati ecclesie videtur antistiti in notici/
am multorum vel tocius plebis agē pe
nitentiaꝫ non recuset. ne letali plage ꝑ
pudorem addat tumorem. cum tanta ē
plaga peccati ⁊ impetus morbi. vt me
dicam̄ta corporis et sanguinis domini
differenda sint autoritate antistitis. de
bet quis se remouere ab altari ad agen
dam penitentiam ⁊ eadem reconciliari
Itez leo papa multiplex misericordia
dei. ita lapsib⁹ subuenit humanis vt nō
modo per baptismum sed etiaꝫ ꝑ peni/
tentiam spes vite reparetur. sic diuine
voluntatis presidijs ordinatis vt indul
gentiam dei nisi supplicationibus sacer
dotum nequeant obtinere. Christ⁹ em̄
hanc prepositis ecclesie tradidit pote/
statem vt confitentibus penitentie sa/
tisfactionem darent. et eosdem salubri
satisfactione purgatos ad communiōeꝫ
sacramentorum per ianuam reconcilia
tionis admitterent Item aug̃. Quem
penitet/ omnino peniteat. ⁊ dolorez la
crimis ostendat. representet vitam su/
am deo per sacerdotem Preueniat iu
dicium dei per confessionem. Prece/
pit enim dominus mundandis vt osten
derent ora sacerdotibus docens corpo
rali presentia confitenda peccata non
per scripta manifestanda. Dixit enim
ora mōstrate ⁊ omnes non vnus ꝓ om
nibus. non alium statuatis nuncium q̄
pro vobis offerat munus a moyse statu
tum. sed qui per vos peccastis per vos
erubescatis Erubescentia enim ipsa p/
tem habet remissionis. Ex misericor/
dia eniꝫ hoc precepit dominus vt nemo
peniteret in occulto. In hoc enim q̄ ꝑ
seipsum dicit sacerdoti et erubescentiā
vincit timore offensi fit venia criminis
fit enim veniale per confessionez quod
criminale erat in operatione/ ⁊ si nō sta
tim purgatur. fit tamen veniale quod
commiserat mortale. Multum em̄ sa
tisfactionis obtulit qui erubescētie do/
minans nihil eorum que commisit nun/
cio dei negauit. Deus enim qui miseri
cors ⁊ iustus est sicut seruat misericor/
diam in iusticia. ita ⁊ iusticiam in mise
ricordia. Opus enim misericordie est
peccanti peccata dimittere. sed opor/
tet vt iustus misereatur iuste. Conside
rat enim si dignus est. non dico iusticia
sed ⁊ misericordia. Iusticia enim sola
damnat. sed dignus est misericordia q̄
spirituali labore querit gratiam. La/
borat enim mens patiendo erubescen/
tiam. Et quoniam verecundia magna
est pena/ q̄ erubescit ꝓ christo/ fit dig/
nus misericordia.

Quanto plurib⁹ quis confite
tur tanto facilius ei ignoscit.

Aug̃. in omelia de pnīa

Leo pa. theodoro forolinensi ep̄o.

Aug̃. in li. d penitentia

Qd criminale sit veniale

Inde patz quia

quanto plurib' ꝓfitebitur in ipe venie turpitudinem criminis. tanto facili' cõsequit gratiaz remissionis. Ipsi em̃ sacerdotes plus iam possunt ꝓficẽ. plus ꝓfitentib' ꝑcere. Item leo papa Leo papa Quãuis plenitudo fidei videat esse laudabilis que ꝓpt̃ dei timorem apud homines erubescẽ non veret. tamen qz non omnium sunt huiuscemodi peccata vt ea q̃ penitentiam poscunt non timeant publicare. Remoueat improbabil' cõsuetudo. ne multi a penitentie remedijs arceant. duz aut erubescunt aut timẽt inimicis sua facta reserare. quib' possunt legum ꝑcelli ꝓstitutione. sufficit em̃ confessio q̃ primum deo offert. Tunc etiam sacerdoti qui ꝑ delictis penitentium ꝑcatoz accedit. tunc em̃ plures ad penitentiam poterũt ꝓuocari. si populi auribꝰ non publicet ꝓscientia ꝓfitẽtis Ex his alijsqz plurib' indubitanter ostendit. oportere deo primuz. z deinde sacerdoti offerre ꝓfessionem. nec aliter posse ꝓueniri ad ingressum paradisi si adsit facultas.

De tercio articulo scz an sufficiat confiteri layco

Tunc priusquaz

ꝑmissis autoritatib' q̃ his ꝓtradicẽ videnẽ respondeamus. terciaz questionẽ intueamur. Qd̃ enim secunda q̃o continebat scz an sine ꝓfessiõe z iudicio sacerdotis soli deo ꝓfiteri sufficienẽ expeditum est z certificatum ꝑmissis testimonijs quod non sufficit confiteri deo sine sacerdote. nec vere humilis z penitens est si nõ desiderat z requirit sacerdotis iudicium. ꝑ nunqt̃ equiualet alicui confiteri socio vel ꝓximo suo. saltẽ cum deest sacerdos. Solutio. Bene ad hoc potest dici. q̃ sacerdotis examen requirẽdum est studiose. quia sacerdotib' concessit deus potestatem ligandi atqz solueudi. Et ideo quibus ipsi dimittunt.

et deus dimittit. si tamen defuerit sacẽdos. ꝓximo vel socio est facienda confessio.

Qualem debes querere sacerdotez.

Bz curet quisqz

sacerdotez querere q̃ sciat ligare z soluere. Talem em̃ esse oportet q̃ aliorũ crimina diiudicat. Vñ aug̃. Qui vult ꝓfiteri peccata vt inueniat gratiam q̃rat sacerdotez qui sciat ligare z soluere. ne cum negligens circa se extiterit negligat ab eo qui eum misericorditer monet z petit. ne ambo in foueam cadant quam stultus euitare noluit Aug̃. in li. 8 penitentia Tantaqz vis ꝓfessionis est. vt si deest sacerdos ꝓfiteat ꝓximo. Sepe em̃ ꝓtingit q̃ penitens non potest verecundari coram sacerdote. quoniã desideranti nec temp' nec locus offert. z si ille cui confitebit potestatem non habeat soluẽdi fit tamen dignus venia sacerdotis desiderio qui crimen confitet socio. Qñ dati enim sunt leprosi dum ibant ostendere ora vel se sacerdotibus anteq̃z ad eos ꝓuenirent. Vñ patet dñm ad coz inspicere duz ex necessitate ꝓhibentur ad sacerdotes peruenire Sepe quidez querunt eos sani et leti. sed dum querunt anteq̃z perueniant moriunt. Sed misericordia dei vbiqz est. quia et iustis parcere nouit. et si non tam cito sicut soluerentur a sacerdote. Qui ergo omnino confitetur sacerdoti meliori q̃z potest confiteatur. z si peccatum occultum est sufficiat referre in noticiam sacerdotis. Nam in resurrectione puelle pauci interfuerunt qui viderent. Nondum em̃ erat sepulta nondũ extra portam delata. nondum extra domũ in noticiaz portata. Intus resuscitauit quã intus inuenit. Relictis solis petro z iacobo z iohanne et patre z matre puelle. in quibus figuraliter continentur sacerdotes ecclesie. Quos autez extra inuenit. aduertenduz est quõ suscitauit.

Flebat eniz turba post filium, vidue fle
uit martha ⁊ maria supplicantes ꝓ fra/
tre. flebat ⁊ turba mariam secuta. In
quo docemur publice peccantib⁹ nõ ꝓ
prium ꝫ ecclesie sufficere meritum La
boret ergo penitens in ecclesia esse ⁊ ad
ecclesie vnitatem tendere. Nisi em̃ vni
tas ecclesie succurrat nisi qđ deest pec/
catori sua oratione compleat. de mani
bus inimici non eripiet̃ anima mortui
Credendum est enim ꝙ omnes oratio/
nes ⁊ elemosine eccl̃ie. et opera iusticie
et misericordie succurrant recognoscen
ti mortem suam ad ꝯuersionez Ideoqꝫ
nemo digne penitere potest quez nõ su/
stineat vnitas ecclesie. Ideoqꝫ non pe/
tant sacerdotes ꝑ aliquam culpam ab
vnitate ecclesie diuisos. Ex his satis a
perit̃ ⁊ absoluit̃ p̃misse questionis arti
culus. Querend⁹ est em̃ sacerdos sapi/
ens ⁊ discretus. qui cum potestate si/
mul habeat iudicium. q̃ si forte defue/
rit. ꝯfiteri debet socio. Beda v̓o inter
ꝯfessionez venialium ⁊ mortaliũ distin/
guit sup illum locum. ꝯfitemini alteru/
trꝝ peccata vestra. Ait em̃ coequalib⁹
quotidiana ⁊ leuia. grauiora v̓o sacer
doti pãdam⁹. ⁊ quanto iusserit tpe pur
gare curem⁹. qꝛ sine ꝯfessione emunda/
tionis peccata nequeunt dimitti. Sed
et grauiora coequalib⁹ pandenda sunt
cum deest sacerdos ⁊ vrget periculum.
Venialia v̓o etiã sacerdotis oblata co/
pia licet ꝯfiteri coequali ⁊ sufficit vt q̃/
busdam placz/ si tñ ex ꝯtemptu nõ pre/
termittat̃ sacerdos. Tutius est tamen
⁊ perfecti⁹ vtriusqꝫ generis peccata sa/
cerdotib⁹ pandere ⁊ cõsilium medicine
ab eis querere quibus ꝯcessa est pote/
stas soluendi ⁊ ligandi.

Beda.

Hic aperit qualiter supradic/
te autoritates intelligẽde sint

Cum ergo ex his
alijsqꝫ plurib⁹ testimonijs perspicuum
fiat ⁊ indubitabilit̃ ꝯstet. peccatuz pri
mum deo. deinde sacerdoti esse ꝯfiten/
dum ⁊ si ipse defuerit etiam socio illud
iohannis crisostomi superius positum
non ita est intelligendum vt liceat ali/
cui si tempus habeat sacerdoti non con
fiteri. sed quia sufficit vbi crimẽ occul/
tum est soli deo per sacerdotem dicere
et semel. Nec oportet publicari coraz
multis quod occultum est. Quod nota
uit dicens. non tibi dico vt te prodas
in publicum. sicut enim publica noxa
publico eget remedio/ ita occulta secre
ta ꝯfessione ⁊ occulta satisfactione pur
gatur. nec necesse est vt quod sacerdoti
semel confessi sumus/ iterum confitea/
mur. sed lingua cordis non carnis apđ
verum iudicem id iugiter confiteri de/
bemus Unde idem iohannes ait Nũc
autem si recorderis peccatorum tuorũ
et frequenter ea in conspectu dei ꝓnun/
cies et pro eis depreceris/ cicius illa
delebis. Si vero obliuiscaris/ tunc eo/
rum recordaberis nolens quando pub
licabũtur ⁊ in conspectu omnium ami/
corum et inimicorum sanctorumqꝫ an/
gelorum proferentur. Ita etiam illud
Ambrosij. lacrime lauant delictum qđ
voce pudor est confiteri ad publicaz pe
nitentiam referendum est. Ibi em̃ vir/
tutem lacrimarum ⁊ confessionis osten
dens significare voluit ꝙ lacrime occul
te ⁊ cõfessio secreta sicut que fit soli sa/
cerdoti/ lauant delictum qđ pudet ali/
quem publice confiteri Q̃ vero dicit se
lacrimas petri legisse non satisfactionẽ
et confessionem/ per hoc non excludit
illa. Multa enim facta sunt que scrip
ta non sunt. et forte nondum facta erat
institutio ꝯfessionis q̃ modo est Simili
ter ⁊ illđ ꝓsperi. si sui iudices fiant mu
tabunt eterna supplicia. Et illud. faci/
lius deuz placabunt sibi qui aut ꝓprijs
ꝯfessionibus crimen produnt/ aut ne/
scientibus alijs in se sententiam excom
municationis ferunt/ ad publicam con
fessionem ⁊ satisfactionez referri opor/
tet. Non em̃ solis sacerdotib⁹ ius ligã
di atqꝫ soluendi datum est/ si cuiqꝫ suo
arbitrio se pena vel excommunicatiõis

Joh. Criso. hanc expositõnem ꝯfirmat v̓ba iohannis

sententiā ligare ⁊ absq; sacerdotali iudicio seipsum deo et altari reconciliari licz qd̄ ecclesiastice institutioni ⁊ psuetudini penit' repugnat. Potius ergo si publice peccasti/publice pfitere te reum ⁊ emenda. Si vo occulte deliquisti etiam sic non taceas nec tñ dico vt publices/taciturnitas em̄ peccati ex superbia nascit cordis. Ideo em̄ peccatum suum quis celat ne reputet foris q̄lem se iam diuino pspectui exhibuit. qd̄ ex fonte supbie nascit. Species enim superbie est se velle iustum videri q̄ peccator est. atq; ypocrita puincit/qui ad instar primorꝫ parentum ⁊ tergiuersatione vborꝫ peccata sua leuigare pten dit. ⁊ sicut chaym peccatum suum reticendo supprimē querit Ubi ergo superbia regnat ⁊ ypocrisis/humilitas locū non hz. sine humilitate vero alicui veniam sperare non licet. vbi est ergo taciturnitas pfessionis/non ē speranda venia criminis. Iam certissime liquet q̄z sit detestabile peccati silentium ⁊ econuerso q̄m sit necessaria pfessio. Est enim pfessio testimonium pscientie deum timentis. Qui em̄ timet iudiciū dei peccatum non erubescit pfiteri. Perfect' timor soluit omnem pudorem. Confessio peccati pudorem hz. ⁊ ipsa erubescē tia ē grauis pena. Ideoq; iubemur cōfiteri peccata vt erubescentiam patiamur p pena. Nam hocipsum ps est diuinum iudicū. Si g̃ querit ad q̄d pfessio sit necessaria cum in ptritione iā deletum sit peccatum/dicimus q̄ quedam punitio peccati est sicut satisfactio opis Per pfessionem etiam intelligit sacerdos qualit debeat iudicare de crimine per eam quoq; peccator fit humilior et cautior.

Eficius super leuiticum

Joh. Criso.

Ad quid valeat cōfessio.

De remissione sacerdotis.

QI XVIII

Hic queri solet si peccatum omnino dimissum est a deo p cordis ptritionem exq̄ penitens votum habuit pfitendi/quid postea dimittat ei sacerdote. video em̄ quo vinculo eum ligat scz temporalis pene. sed non a quo eum absoluat. Et ideo quero si ante penitudinem quipe cordis anima rei maculam habet. ⁊ fetorem peccati. atq; eterne vltionis vinculo ligata existit. Si vero aī pfessionem p cordis ptritionem deus p scipm sine ministerio sacerdotis ⁊ debitū omnino relaxat. ⁊ animā interius purgat a ptagiōe ⁊ fetore peccati. q̄d ergo mūdat quid dimittit sacerdos/vbi sūt claues ille quas dominus tradidit petro ⁊ successoribus eius dicens. tibi dabo claues regni celorum. ⁊ quecunq; ligaueris super terram erunt ligata ⁊ in celo. ⁊ quecunq; solueris super terrā erit soluta ⁊c. vt aūt premissa questio plenius explicari valeat. quasi altius ducto rete de his clauib' ⁊ vsu eaꝫ disseram'

De clauibus.

Claues iste sunt non corporales sed spirituales. scilicet discernēdi scia. ⁊ potētia iudicandi. i. ligandi ⁊ soluendi. q̄ dignos recipe. indignos debz excludē a regno ecclīastic' iudex. Qui sic hz ius ligandi/ita ⁊ soluēdi. Ut ambro. dñs par ius et soluendi esse voluit ⁊ ligandi/q̄ vtrūq; pari conditione pmisit. g̃ q̄ soluendi ius non hz nec ligandi hz. ⁊ infra. Certum ē q̄ ecclesie vtrūq; licz. heresis vtrūq; nō hz. Ius enim b̄ sol' pmissuz est sacerdotib' Recte g̃ ecclia b̄ sibi vendicat q̄ veros sacerdotes hz. heresis vendicare nō potest q̄ veros sacerdotes non habet.

Ambro. in libro d̄ padiso.

De vsu clauium

Vsus vero harū clauiū multiplex ē discernē. s. ligādos ⁊ soluēdos ac deinde ligare vl' soluere Qui em̄ indignos ligat vl' soluit ppria ptāte se puat. i. dignū puatōe se facit.

Si sacerdos potest dimittere vel retinere peccata.

Post p̄dicta restat inuestigare quid in actione penitentie sit scr̄m ⁊ res. Sacramētum em̄ signum ē sacre rei. Quid ḡ hic signuz ē ⁊ q̄ est res sacra hui⁹ signi. Quidam dicunt sacramentū hic esse qd̄ exteri⁹ tm̄ gerit/scz exterior pnia que est signum interioris penitentie scz ꝯtritionis cordis ⁊ humiliationis Qd̄ si est non om̄e sacramentuz euangelicū id efficit qd̄ figurat. Exterior em̄ penitentia nō efficit interiorez. potius interior causa est exterioris. Sed ad h̄ inquiunt illi h̄ eē intelligenduz de illis sacramentis q̄ in nouo testamento instituta sunt vt est sacramentū baptismi ꝯfirmationis ⁊ corporis xp̄i. Sacram̄tuz v̄o penitentie sicut ⁊ ꝯiugij añ temp⁹ gratie etiā a primordio humani generis fuit. Utrunqꝫ em̄ institutum fuit in p̄mis parentibus Itez si exterior penitentia scr̄m est. et interior res sacramenti. sepius p̄cedit res sacramentum. q̄ꝫ scr̄m rem Sz nec hoc inconueniens est. Nā ⁊ in alijs sac̄mentis q̄ efficiūt qd̄ figurant h̄ sepe cōtingit. Quidaz aūt dicunt exteriorem penitentiam ⁊ interiorem esse scr̄m nec duo sacram̄ta/ꝑ vnuz vt species panis ⁊ vini. non duo sunt sacramenta ꝑ vnū ⁊ sic̄ in sacramento corpis ita etiam in hoc sacramento dicunt aliud esse tm̄ sacramentum scz exteriorez penitentiā. aliud scr̄m ⁊ rem scz interiorē penitentiam. aliud rem ⁊ non sacramentum scz remissionem peccatoꝝ. Interior enim penitentia ⁊ res est sacramenti. i. exterioris penitentie/⁊ sacramentuz remissionis peccati/quam ⁊ signat ⁊ fac̄ Exterior quoqꝫ penitentia ⁊ interioris signum est remissionis peccatoꝝ

Aliorꝫ sn̄ia.

De sacram̄to vnctiōis extreme

Preter p̄missa ē etiā aliud sacram̄tum scz vnctio infirmorū q̄ fit in extremis oleo per episcopum consecrato et sunt tria

DI XXIII

De tribus generib⁹ vnctionis.

genera vnctionis. Est enim vnctio q̄ fit crismate. que dicitur principalis vnctō quia in ea principalier paraclitus dat̄ Unde ⁊ ꝓpter abundantiaz g̃tie duos liquores mixtos habet. oleum scz ⁊ balsamum. oleum conscientie. balsamum fame. Crisma vero grece vnctio latine dicitur. nec tamen omne oleū ad vnctōnez sanctificatum crisma vocatur Sed illud solum quod miscetur cum balsamo quo capita regum ⁊ pontificum vnguntur. quo etiam oleo baptizatos sacerdos vngit in vertice. et pōtifex per impositionez manus confirmandos vngit in fronte. Est ⁊ alia vnctio qua cathecuminum ⁊ neophici vngunt̄ in pectore et inter scapulas. in perceptione baptismi. Tercia vero vnctio est q̄ dicitur oleuz infirmoꝝ de qua nunc agit̄

A quib⁹ sit institutum hoc sacramentum.

Hoc sacramētuz vnctionis infirmoruz ab apostolis institutum legitur. ait enim iacobus Infirmatur aliquis in vobis inducat presbiteros ecclesie ⁊ orent super eum vngentes eum oleo in nomine domini. ⁊ alleuiabit eum dominus. ⁊ si in peccatis sit dimittentur ei. In quo ostenditur duplici ex causa sacramentum hoc institutum scz ad peccatorum remissionem. ⁊ ad corporalis infirmitatis alleuiationem Unde constat eum qui hanc vnctōnem fideliter deuoteq; perceperit ⁊ in corpore et in anima alleuiari. si tamen expedit vt ī vtroq; alleuietur Q. si forte corporis valitudinem illi habere non expedit / illam que est anime sanitatez in hoc sacramento acquirit. et sicut in alijs sacramentis ita et in isto aliud est sacramentum. aliud res sacramēti Sacramentuz est ipsa vnctio exterior Res sacramenti vnctio interior. que peccatorum remissione ⁊ virtutuz ampliatione perficitur et si ex contemptu vel negligentia sacramentuz hoc pretermittitur ⁊ periculosum est et damnabile.

De iteratione huius sacram̄ti

Querūt aliqui si hoc sacramentum iterari possit. cum baptismus ⁊ alia quedam sacramenta semel suscepta nō iterentur aug̃. dicit. Sacramentum non iterandum et sacramento non faciendam esse iniuriaz. sed hoc dicit vbi ait de sacramento baptismi ⁊ ordinationis. Unde non videtur illud generaliter accipienduz sed de sacramento baptismi ⁊ confirmationis ⁊ ordinationis que nulla tenus non sunt repetenda. quia semel tantum ⁊ non sepius datur baptismus ⁊ confirmatio ⁊ ordinatio. Sacramentum vero altaris ⁊ penitentie ⁊ coniugij sepe iterari videtur. quia sepe sacramentuz corporis percipitur. frequenter penitentia agit̄ cōiugium sepe contrahitur. Quare ergo vnctio similiter non potest iterari. Si morbus non reuertitur medicina ñ iteretur. Si vero morbus nō potest cohiberi / quare medicina debet prohiberi / sicut oratio iterari potest. ita ⁊ vnctio iterari posse videtur. vtraq; em̄ illic commemorat iacobus. ⁊ vtrunq; illic cooperatur ad ferendam alleuiationem corporis ⁊ anime. Cur ergo negetur vnctionem super infirmuz posse iterari ad impetrandam sepius sanitatez mentis ⁊ corporis / cum propter idem sepe iteranda sit oratio.

Aliorum oppositio.

Quidam autez de om̄i sacramento intelligi volunt q̄ non sit iterandum scilicet secundum totum illud quod pertinet ad sacramentum dicentes quedam sacramenta sepius posse suscipi. quedam vero non. nec tamen que sepius sumuntur. totaliter iterantur vt sacramentum altaris ⁊ vnctionis que licet sumantur sepius tamen quia non iterum benedicitur eadem hostia vel idem oleum non iterat̄

sacramentum cum iniuria Dz dicet qs sic et baptismus non iteratur. et si aliquis frequenter baptizetur dum eadez aqua non iterum benedicetur. Sed aliud est inquiũt illi de benedictione aque qua fit baptismus. aliud de benedictõne panis z olei. Potest enim baptism' celebrari in aqua etiam non benedicta quia illa benedictio pro reuerentia tantum fit. z decore non virtute sacramenti. Sed corpus christi non potest conficí nisi de pane consecrato. nec vnctio illa fieri potest nisi ò oleo ab episcopo cõsecrato. Ideoqz illa sanctificatio ad virtutem sacramenti pertinere videtur. In coniugio quoqz semel tantum benedicitur quisqz non sepius. benedicitur enim vt ait ambro. cum prima et nõ cũ secunda vxore. Di ergo cum dicitur sacramentum non esse iterandum. nec iniuria esse ei facienda/ rationẽ dicti referas ad sanctificationez rei qua sacramẽtum expletur/ de omni sacramento generaliter id verum est. Di vero ad susceptionem sacramenti de quibusdam verum est q nõ iterantur crebra susceptione. de alijs vero quibusdaz non. qz frequenter sumuntur vt hoc vnctionis sacramentum quod in omni pene ecclesia sepe repetitur.

¶ De ordinibus ecclesiasticis.

¶ Oi XXIIII

Nunc ad cõsiderationem sacre ordinationis accedamus septem sunt spiritualium officiorum gradus siue ordines/ sicut ex sanctorum patrum dictis aperte traditur. et capitis nostri scilicet ihesu christi exemplo monstrat' qui omnium officia in semetipso exhibuit z corpori suo quod est ecclesia eosdem ordines obseruandos relict Septem autem sunt propter septiformem gratiam sanctispiritus. cuius qui non sunt participes. ad gradus ecclesiasticos indigne accedunt. Illi vero in quoq mẽtibus diffusa est septiformis gratia spiritussancti cum ad ecclesiasticos ordies accedunt in ipsa spiritualis grad' promotione ampliorem gratiaz percipere creduntur.

¶ Quare septez sunt.

¶ Quales assumendi sunt ad clerum. Clemens papa.

Tales autem ad misterium spirituale eligendi sunt clerici qui digne possint dominica sacramẽta tractare. Melius est enim domini sacerdoti paucos habere ministros qui possint digne op' dei exercere/ q̃z multos inutiles qui ordinatori graue onus inducant. Tales enim decet esse ministros christi qui septiformi gratia spiritussancti sint decori. z quoruz doctrina z conuersationis forma. eadem gratia in alijs transfundatur. ne celestes margaritas spiritualium verborum officiorumqz diu inoruz sordide vite pedibus conculcent. In sacramento ergo septiformis spiritus. septem sunt grad' ecclesiastici scilicet hostiarij. lectores. exorciste. acoliti. subdyaconi. dyaconi. sacerdotes/ omnes tamen clerici vocãtur id est sortiti.

¶ De corona et tonsura.

Corona enim signaculum est quo signantur in partẽ sortis ministerij diuini. Corona regale decus significat. z fuire deo regnare est. Vñ ministri ecclie reges esse debent vt se z alios regant quib' petrus ait Vos estis gen' electũ/ regale sacerdotiuz z̃c. summitas capitis desuper nudat' vt eorum mens ad dñm libera monstret' que reuelata facie gloriam dei ꝓtempletur Summitas enim capitis est eminentia mentis. denudatio capitis est reuelatõ mentis. clericus enim secretoz dei non

ignarus esse debet. Tondent etiam capilli vsq; ad reuelationem sensuum scz oculorum ⁊ aurium vt vicia in corde et opere pullulantia doceant precidenda ne ad audiendum ⁊ intelligenduz verbum dei prepediat mens. ꝑ quo seruato reddet in excelsis corona. Tonsure autem ecclesiastice vsus a nazarenis exortus videt qui prius crine seruato deinde ob vite ꝯtinentiaz caput radebāt ⁊ capillos in igne sacrificij ponebant. Hinc vsus inoleuit vt qui diuinis cultibus mancipant quasi nazareni. i. sancti crine posito inueniant. Sicut ad ezechiel dicit fili hominis sume gladiū accutum ⁊ duc super caput tuuz ⁊ barbā In actibus etiam apostolorꝫ priscillam et aquilam h̄ fecisse legimus. Paulus quoq; ⁊ alij quidaz discipuli xp̄i hoc fecerunt. Recte ergo in quibuslibet gradibus ꝯstituti clerici vocant. quorum nomina ⁊ rationes nominum ysidorus exponens ait Cleros ⁊ clericos hic appellatos esse credimus qr mathias electus est sorte. quem primum ꝑ apostolos legimus ordinatum. cleros em̄ grece latine sors vel hereditas dicit. Jō ergo dicti sunt clerici qr de sorte sunt domini. vel quia partez domini habēt Generaliter vero clerici nuncupati sūt omnes qui in ecclesia dei seruiunt quorum gradus ⁊ nomina sunt hec. hostiarius. lector ⁊c̄.

ysidorus i li. vi. ethi.

De hostiarijs ysidorus.

Hostiarij idez et ianitores sunt qui in veteri testamento electi sunt ad custodiam templi vt non ingrederet in illud immund⁹ Dicti aūt hostiarij eo q̄ presint hostijs tēpli Ipsi enim tenentes clauem omnia int⁹ ⁊ extra custodiunt atq; inter bonos ⁊ malos habentes iudicium dignos recipiunt indignos respuunt. Unde ⁊ eis cuz ordinantur claues ecclesie dantur ab episcopo. Et dicit eis sic agite tanq̄ rōnem deo reddituri ꝑ rebus que clauib⁹ istis recludunt Hoc officium dominus in sua persona suscepit quando flagello de funiculis facto vendentes et ementes de templo eiecit. Ipse enim se hostiarium significans dicit. Ego sum hostium. per me si quis introierit et intrabit ⁊ egredietur. et pascua inueniet.

De lectoribus ysidorus.

Secund⁹ est gradus lectorum. lectores a legendo. sicut psalmiste a psalmis canendis vocati sunt. Illi enim predicant populis quid sequant. isti canunt vt excitent ad cōpunctionem animos audientium. licet quidam lectores ita miserabiliter pronuncient vt quosdam ad luctum lamentationemq; compellant. Idem etiaz ꝑnunciatores vocantur qui porro adnūciant. quia tam erit clara eoruz vox vt etiam longe positorum aures adimpleant. Ad lectores autem pertinet lectiones pronunciare. et ea que ꝓphete nūciauerunt populis predicare vt iā ex officio legant in ecclesia prophetias ⁊ lectiones Unde et ei vidente populo traditur ab episcopo codex diuinarum lectionum. et dicitur ei. Accipe et esto verbo dei relator. habiturus si fideliter impleueris officium partem cum his qui bene verbum dei ministrauerunt. qui ad hunc gradum prouehitur literarum scientia debz esse instruct⁹. vt sensum verborum intelligat. vim accentuum sciat. distincte legat. ne confusione prolationis intellectum auditorib⁹ auferat. Attendat quid indicatiue. quid interrogatiue sit legendū. vbi sit in oratione facienda distinctio. Hec enim male seruata intellectum turbant et alios ad risum ꝓuocant. auribus ⁊ cordi cōsulere debet vox lectoris Hoc officium impleuit xp̄s cum in medio seniorum librum ysaie aperiens distincte ad intelligendum legit sp̄us domini sup̄ me ⁊c̄

- Omnis ordo ordinat ad corp' christi. Aut
  - Ad corp' xpi verũ dupliciter. Aut.
    - Ad ꝓficiendu z dispensand et sic est sacerdotiũ
    - Ad subministrand dupliciter. Aut
      - 1° Primus ordo
      - 2° Disponens ad dispensationem eukaristie saltem sanguinis et sic est dyaconatus.
      - 3° Disponens ad oblationẽ materie z sic est subdyaconatus.
  - Aut misticũ disponẽdum ad digne sumendum verũ corp' christi. dupliciter. Aut
    - Auxiliu z conferendo dupliciter. Aut
      - 4° Inflamãdo afficẽ et sic ẽ acolitat' q̃ accẽdit cereu z pẽtinet circa vasa in quib' materia eukaristie continetur scilicet vinum
      - 5° Illuminando intellcẽ z sic est lectoriatus.
    - Impedimentũ remouendo duplicit. Aut
      - 6° Remouẽdo dyabolũ z sic est exorcistatus.
      - 5° Remouendo malũ hominem et sic est hostiariatus qui excommunicatos z̃c. repellit.

Ex quo lectorib' dat intelligi quia gratia spirituali clarere debent. q̃ alijs verbum dei annunciant. Hic ordo formam et inicium a pphetis accepisse videt. quibus dr. clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam.

De exorcistis ysidorus.

Tercius ē ordo

exorcistarum. Exorciste autem ex greco in latinum adiurantes vel increpantes vocant. Inuocant enim sup cathecuminos ⁊ super eos qui habent spiritum immundum nomen domini adiurãtes per eum vt egrediat ab eis. Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriẽ retinere. manusq; sup energuminos et cathecuminos in exorcizando imponere. Debet autem habere spiritum mũdum qui spiritib' immundis imperat. et malignũ expellere de corde suo quẽ expellit de corpore alieno. ne medicina quam alij facit sibi nõ prosit ⁊ dicat ei medice cura teipsum. Hij cum ordinant accipiunt de manu episcopi libr exorcismor ⁊ dicit eis. Accipite ⁊ habetote potestatem imponendi man' super energuminos vel cathecuminos. B officio vsus est dominus quando saliua sua tetigit aures ⁊ liguam surdi ⁊ muti dicens. Effeta qd̃ est adaperire. per hoc docens nos spiritualit debere aperire aures precordior hominum ad intelligendum. ⁊ ora ad confitendum vt pulso demone spiritussanctus vas suuz recipiat. Hoc etiaz officio vsus est xp̃s cum demoniacos multos sanauit. Hic ordo a salomone videt descendisse quiquendam modum exorcizandi inuenit quo demones adiurati ex obsessis corporibus pellebant. huic officio mancipati exorciste vocati sunt de quib' christus in euangelio Si ego in beelzebub eicio demonia filij vestri scz exorciste ī quo eiciunt.

De acolitis.

Quarto loco succedunt acoliti.

Acoliti vero grece latine ceroferarij dicuntur a deportandis cereis quando legendum est euangeliũ vel sacrificium offerendum Tunc enim accenduntur luminaria ⁊ deportantur ab eis nõ ad effugãdas aeris tenebras cum sol eo tempore rutilet / ꝗ ad signuz leticie demonstrandum vt sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur de qua legit. erat lux vera que il. o. h. u. i. h. m. Ad acolitum ptinet preparatõ luminariuz in sacrario. Ipse cereũ portat / ipse vrceoluz cum vino ⁊ aqua suggesta p eukaristia subdyaconis preparat. hij cum ordinantur cum edocti fuerint ab episcopo qualiter in officio suo agere debeant / ab archidyacono accipiunt candelabr cum cereo ⁊ vrceoluz vacuum. Hoc officium dominus se habere testatur dicens. Ego sum lux mũdi. qui sequit me non ambulat in tenebris. Huius officij formam illi gerebãt in veteri testamento qui lucernas cãdelabri componebant ⁊ accendebant ignc celesti. ad illuminandas tenebras aquilonares.

De subdyaconis.

Quintus est ordo

subdyaconor. grece ypodyacones vocantur. quos nos subdyacones dicimus. Qui ideo sic appellant quia subiacent preceptis et officijs leitar Oblationes enim in templo a fidelibus suscipiunt ⁊ leuitis superponendas altaribus deferunt. Hij apud hebreos nathanei vocabant. id est in humilitate domino seruientes. Ad subdyaconum pertinet calicem et patenam ad altare christi deferre ⁊ leuitis tradẽ eisq; ministrare. Vrceolum quoq; ⁊ aquamanile ⁊ manutergium tenere epo ⁊ pbiteris et leuitis p lauandis ante altare manibus aquam prebere. his lex continentie imponit. qz altari ppinquantes

vasa corporis et sanguinis christi portant. Unde illud implere debent Mũdamini q̃ fertis vasa domini. Ad hos etiam pertinet tm̃ de oblationibus ponere in altari. quantum sufficere possit populo. nec non corporales ⁊ pallas ⁊ substratoria lauare. Hij cum ordinant̃ accipiunt de manu episcopi patenaz et calicem vacuum. ab archidyacono vero vrceolum cum aquamanili ⁊ manutergium. Hoc officio vsus est dominus quando lintheo se precinxit. ⁊ mittens aquam in peluim pedes discipulorum lauit ⁊ lintheo tersit.

De dyaconis

Dyaconoruz ordo sextum tenet locum ꝓpter senarij ꝑfectionem. Hic ordo in veteri testamẽto a tribu leui nomen accepit vl traxit Dicunt̃ enim ⁊ leuite. Precepit quippe dominus moysi vt post ordinationẽ aaron et filioꝝ eius / ꝓrsus tribus leui ad diuini cultus ministeria ordinarent̃ ⁊ ꝯsecrarentur domino ⁊ seruirent pro israhel coram aaron ⁊ filijs ei⁹ in tabernaculo. Ipsiq; gestarent archam et tabernaculum ⁊ omnia vasa eius ⁊ in circuitu tabernaculi excubarent ⁊ in trãsportando tabernaculo ipsi deponerent rursumq; componerent. A. xx. v̇o annis et supra iussi sunt ꝑuire in tabernaculo quam regulam in nouo testamẽto sancti patres cõstituerunt. q2 hec etas ad ferenda onera est robusta Leuite ḡ ex̃ nomine autoris vocati sunt De leui enim leuite exorti sunt a quib⁹ in templo mistici sacramẽti misteria explebãtur Hij grece dyacones latine ministri dicunt̃. q2 sicut in sacerdote consecratio. ita in dyacono ministerij dispensatio habet̃. Ad dyaconuz ꝑtinet assistere sacerdotibus ⁊ ministrare in omnib⁹ que agunt̃ in sacramentis christi scz in baptismo. in crismate. in patena ⁊ calice. oblationes quoq; inferre ⁊ disponẽ in altari. Componere etiaz mensaz domini ⁊ vestire. crucem ferre. ⁊ predicare euangelium ⁊ epistolam ad populum Nam sicut lectorib⁹ vetus testamentuz ita dyaconibus nouum ꝑdicare ꝑceptum est. Ad ipsum etiam pertinet officium precum ⁊ recitatio cathecuminorum nominuz. ipse premonet aures habere ad dominum / ipse donat pacez. et ip̃e annunciat Q̃ aũt huic ordinia moyse statutum est. hic etiam in nouo testamento representat̃ cuz dyacono super leuum humeruz stola ponit̃ ⁊ casula in diebus ieiunij complicat̃ q2 q̃cq̃d laboris ⁊ sustinentie in hac vita tolerat̃ / q̃si in leua portat̃ donec in dextra id est in eternitate requies habeatur / hic ordo ab apostolis celebratus ẽ quando vt legitur in actibus apostoloruz. vij. viros plenos spiritusancto ad hoc officiũ elegerũt ⁊ oratione premissa manus eius imposuerunt Unde ⁊ consuetudo inoleuit vt in omni matrice ecclia. vij. dyacones circa xp̃i aram q̃si septem columbe adsistant. Hij sunt septem angeli tuba canentes in apocalipsi. q̃ quales eẽ debeant apostol⁹ docet thimotheo scribens. Hij cum ordinant̃ solus ep̃us eis manum imponit. q2 ad ministeriuz applicant̃ ponit eis orarium. i. stolam super leuum humeꝝ vt per h̃ intelligant se accepisse iugum domini suaue. q̃ ad sinistrã pertinentia / diuino timori subiciant. Accipiunt ⁊ textũ euangelij veri vt intelligant se esse precones euangelij christi. Hij autem anteq̃ ordinentur ꝓbent̃ vt docet apostolus. ⁊ sic ministrent nullum crimen habentes Hoc officio vsus est christus qñ post cenã sacramentum carnis ⁊ sanguinis discipulis dispensauit. ⁊ qñ apostolos dormientes ad orationem excitauit dicẽs. vigilate ⁊ orate vt non intretis in temptationem.

De presbiteris.

Septim⁹ ẽ ordo presbiterorum Presbiter grece senior

interpretat latine non modo pro etate vel decrepita senectute. s ꝓpter honorem et dignitatem quam acceperunt p̄sbiteri nominant qui morum prudentia ⁊ maturitate ꝯuersationis precellere debent in ꝓplo. Sicut scriptum ē senectus venerabilis est nō diuturna nec annoꝝ numero computata. Cani enim sunt sensus hominuz et etas senectutis vita immaculata. Ideo autem etiaz p̄sbiteri sacerdotes vocant quia sac̄ dāt qui licz sint sacerdotes tamen pontificatus apicez non habent sicut episcopi quia ipsi nec crismate frontem signant nec paraclitum dant. quod solis deberi episcopis lectio actuum apostolorum demonstrat. Unde et apud veteres idē episcopi et presbiteri fuerunt / quia illud est nomen dignitatis nō etatis Sacerdos nomen habet compositū ex greco ⁊ latino. q̄ est sacrum dans siue sacer dux. Sicut enim rex a regendo. ita sacerdos a sanctificando dictus est. consecrat enim ⁊ sanctificat corpus christi Unde antistes sacerdos dictus ē ab eo q̄ ante stat. primus enim est in ordine ecclesie. Ad presbiterum autem ꝑtinet sacramentum corpis et sanguinis domini in altari dei conficere. orationes dicere. ⁊ dona dei benedicere. Qui cū ordinat inungunt ei manus vt intelligat se accepisse gratiaz ꝯsecrandi. ⁊ caritatis opa debere extendere ad om̄es Accipit ⁊ stolam que vtrumqꝫ tenet latus quia debet esse munitus armis iusticie. ꝯtra aduersa ⁊ ꝓspera. Accipit etiam calicem cum vino ⁊ patenam cū hostijs vt ꝑ hoc sciat se accepisse potestatem placabiles deo hostias offerēdi Hic ordo a filijs aaron sumpsit iniciuz Summos enim pōtifices ⁊ minores sacerdotes instituit deus ꝑ moysen. q̄ ex precepto dei aaron in summum pontificez. filios vero eius vnxit in minores sacerdotes. Christus quoqꝫ. xij. elegit discipulos prius quos ⁊ apostolos vocauit. quorum vicem gerunt in ecclesia maiores pontifices. deinde alios. lxx. ⁊ duos discipulos designauit. quorum vicem in ecclesia tenent presbiteri Unꝰ autem inter apostolos princeps extitit petrus cuius vicarius ⁊ successor ē pōtifex summus. Unde dr apostolicus q̄ ⁊ papa vocat scz pater patrum. Qualis autem eligi debeat presbiter apostolus scribens thimotheo ostēdit. vbi nomine ep̄i presbiteruz significat Hoc autem officio vsus est christus. cum seipsum in ara crucis obtulit. idem sacdos ⁊ hostia. ⁊ quando post cenam panez et vinum in corpus suum ⁊ sanguinem cōmutauit Ecce de septem ecclesie gradibus breuiter elocuti quid ad quēqꝫ ꝑtineat insinuauimus. Cunqꝫ omnes sint spirituales ⁊ sacri / excellent tamen canones duos tm̄ sacros ordines appellari censent. dyaconatus scz ⁊ presbiteratus. qr hos solos primitiua ecclesia legit habuisse. ⁊ de his solis preceptum apostoli habemus. Apostoli em̄ in singulis ciuitatibꝰ ep̄os et presbiteros ordinauerunt. Leuitas etiam ab apostolis ordinatos legimus quoruz maximꝰ fuit beatus stephanus. Subdyaconos vero ⁊ acolitos ꝓcedente tempore ecclesia sibi constituit.

Quid sit quod hic dicit ordo

Si autez querit

q̄d sit qd̄ hic vocat ordo. sane dici potest signaculum esse. i. sacrū quidam. quo spiritualis potestas tradit ordinato ⁊ officium. Caracter ergo spiritualis vbi fit ꝓmotio potestatis ordo vl' g̃dus vocatur. Et dicunt hij ordines sacramenta / quia in eorum perceptione res sacra. id est gratia ꝯfert quaz figurant ea que ibi gerunt.

De nominibꝰ dignitatis et officij.

Sunt ⁊ alia que

dam non ordinum s dignitatum vel officiorum nomina. dignitatis simul vel

officij nomen est episcopus. Episcopatus autem vocabulum inde dictuz est q ille qui episcopus efficit superintendat curam scz subditorum gerens. scopin enim grece/latine intendere dr Episcopi autem grece/ latine speculatores interpretant. Nam speculator preposit' est in ecclesia. dictus eo q speculet atqz pspiciat populoz infra se positoz mores z vitam Pontifex est princeps sacerdotum. quasi via sequentium. ipse em leuitas z sacerdotes efficit. ipe omnes ecclesiasticos ordines disponit

De quadripartitu ordine episcoporum.

Ordo autem episcopoz qdripartitus est. scz in patriarchis. archiepiscopis. metropolitis. et episcopis. Patriarcha grece summus patrum interpretat. quia primum. id est apostolicum tenet locum vt roman' antiochenus alexandrinus. sed omniu summus est romanus archiepiscop' pnceps episcopoz. Archos enim grece latine princeps dr/metropolite autem a mensura ciuitatum dicunt Singul' em puincijs preeminent quorum autoritati z doctrine ceteri sacerdotes subiecti sunt. Solicitudo enim tocius puincie ipsis epis commissa est. Omnes autem superius designati ordines episcopi nu cupant Nota q archiepiscopoz nomine primates superius significasse videt z metropolitarum quos nunc archiepiscopos dicimus. Horum autem discretio a gentilibus introducta videtur qui suos flamines/alios simplicit flamines alios archiflamines/alios prothoflamines appellabant. Sacerdotes enim gentilium flamines esse dicebant/ qui habebant in capite pilleum in q erat breuis virga desuper habens aliquid lane qd cum p estum ferre non possent /filu tm in capite ligare ceperut Nudis em capitibus eis incedere erat nephas. vn et a filo quo vtebant flamines dicti sut qsi filamines. Sed in festis diebus filo deposito/pilleum imponebant p sacerdocij eminentia. Uates a vi metis appellant. cuius significatio multiplex est Modo enim sacerdotez. modo pphetam modo poetam significat. Cantor vo vocatur qui vocem modulat in cantu Huius sunt duo genera precentor z succentor. pcentor q vocem premittit in cantu. succentor q subsequent canendo respondet. Concentor autem dicit qr consonat. Qui autem non consonat non pcinit/concentor no erit. His breuiter tractatis ammonendi sunt christi ministri. qtenus sicut excellent ordinis dignitate/ita pcellat vite sanctitate vt plebs eis comissa/eorumqz disciplinis edocta/grat anter eis obediat. z eoruz imitatione de die in diem pficiat. a qbus diuina sacramenta pcipiunt z missarum solennia audiunt. Missa autez dr vel qr missa est hostia cuius commemoratio fit in illo officio. vnde dicitur Ite missa est. i. sequimini hostiaz q missa est ad celestia tendentes post eaz vel quia missus celestis venit ad consecrandum dominicum corpus p quem ad altare celeste defert hostia. vnde et dicitur ite missa est.

De ordinatis ab hereticis.

DI XXV

Solet queri si heretici ab ecclesia pcisi et damnati possint tradere sacros ordines z si ab eis ordinati. redeuntes ad ecclesie vnitatem debeant reordinari Hac questionem pplexam ac pene insolubilem faciunt doctorum verba qui plurimum dissentire vident. Uident enim quidam tradere hereticos sacros ordines dare non posse/nec illos qui ab eis ordinari vident gratiam recipere Dicit em innocentius arrianoz clericos n videri suscipiendos cum sacerdotij vel ministerij dignitate alicuius. quib' solum baptisma ratum esse permittit qd

in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti ꝑcipit. Dicit etiam eos non posse dare spiritumsanctum quez amiserunt. ⁊ ordinatos ab hereticis caput habere vulneratum. ⁊ eum qui honorē amisit/ honorem dare non posse. nec illum aliq̄d accepisse/ quoniam in dante nihil erat quod ille posset accipere. Tradit etiaz venientibus ab hereticis ꝑ manus impositionem laicam tm̄ tribuendaz communionem. nec ex his aliquem clericatus honorem vel exiguum subrogare. Gregorius etiam dicit sacrilegam esse arrianorum ꝯsecrationem cum ex eorū manu ꝯmunio percipitur. Cyprianus etiam dicit. omnia quecunqz faciūt heretici carnalia ⁊ inania ⁊ sacrilega esse ⁊ eoꝝ altaria falsa. ⁊ illicita sacerdotia ⁊ sacrificia sacrilega. que more simiarū que cum homines non sint formaz imitant humanaz/ vultum catholice ecclesie ⁊ autoritatem sibi vendicant. cū ipi in ecclesia non sint. ⁊ cum sint sacrilegi sacerdotium amministrant ⁊ altare ponunt. Cum nec sacrificari oblatio illic possit/ vbi spi. san. non sit. nec cuiq̄ dominus per eius preces ⁊ orationes prosit qui dominum ipsum violauit.

Ciprian' martyr in epistola ꝯtra hereticos.

Ieronimus super aggeum.

Ieronimus quoqz asserit omnia que offerunt ab hereticis contaminata esse in ꝯspectu dñi. quia licz sancta videant specie sui/ tamen quia ꝯtacta sunt ab illo qui pollutus ē/ polluunt omnia. Idē odit deus sacrificia hereticoꝝ ⁊ a se ꝓiecit/ ⁊ quotiens in nomine eius. ꝯgregati fuerint detestat fetorem eoruz ⁊ claudit nares suas. Idem illi offerunt panem sacrilegum ⁊ cetera.

Leo ad anatholium constantinopolitanum episcopum.

Leo etiaz testat extra ecclesiaz nec rata esse sacerdotia nec vera esse sacrificia. Idem etiam dicit per crudelissimam vesaniam in alexandrina sede omnem sacramentorū lumen extinctum. Intercepta est sacrificij oblatio. defecit crismatis sanctificatio. ⁊ parricidalibus manibus impiorū omnia se subtraxere ministeria. His alijsqz testimonijs astrui vident sacramenta ecclesiastica precipue corporis ⁊ sanguinis ordinationis ⁊ confirmationis per hereticos non posse ministrari

Autoritates ponit que videntur premissis obuiare.

Econtra aūt alij sentire vident ꝙ ab hereticis etiam ꝑcisis sacri ordines sicut ⁊ baptism' tradi valeant. nec ab hereticis redeuntes qui illic ordinati sunt ⁊ baptizati. iterū ordinandi sunt sicut nec baptizādi Vñ aug. De hereticis etiam damnatis qd̄ quidam dicunt baptisma qd̄ accepit/ ñ amittit qui recedit ab ecclesia. ius dandi qd̄ accepit amittit/ multis modis apparet inaniter dici. Primo quia nulla ostendit causa cur ille qui illud baptisma amittere non potest/ ius dādi amittere possit Vtrunqz enim sacramentū est et quadā consecratione vtrunqz homini dat illud cum baptizat/ ⁊ illd̄ cū ordinat. Ideo non licz in catholica ecclesia vtrunqz iterari. Nam si quando ex ipsa ꝑte venientes etiam ꝓpositi ꝓ bono pacis correcto scismatis errore suscepti sunt. ⁊ si visum est op' esse vt eadem officia gererent que agebant/ non sunt rursus ordinandi/ ꝑ sicut baptism' in eis/ ita in eis mansit ordinatio integra. qꝛ in precisione fuerat viciū qd̄ in vnitate pacis est correctum non in sac̄mētis que vbicunqz sunt ipsa sunt ⁊ cū ipsi expedire videt ecclesie vt prepositi eoꝝ venientes ad catholicam societatem honores suos sibi non administrēt non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahunt. ꝑ super eos manent

Aug. i li. cōtra epistolam ad parmenianum.

Ideoq; manus non eis imponitur / ne non homini ꝑ ipsi sacramento fiat iniuria / sicut autem in baptismo est ius ꝙ per eos dari possit. sic in ordinatione ius dandi est. vtrunq; quidem ad pernitiem suam. ꝑ aliud est non habere. aliud ꝑniciose habere. aliud salubriter habere. Idem de his qui ab ecclesie vnitate separati sunt / nulla iam questio est quin habeant ⁊ dare possint ꝑ pernitiose habent ꝑnitioseq; dant. qꝛ extra vinculum pacis sunt. neutri sacramento iniuria facienda est. sicut non recte habꝫ q̄ ab vnitate recedit. ꝑ tamen dat. ⁊ ideo redeunti non reddit̄. sicut etiam nō recte dat qui ab vnitate recedit. ꝑ tamē dat. et ideo qui ab eo accipit venienti ad vnitatem non iterat̄. Idem aliud ē nō habere aliquid. aliud est nō iure habere. vel illicite vsurpare. Hec ergo ñ ideo nō sunt sacramenta christi ⁊ ecclesie qꝛ eis illicite vtant̄. non modo heretici ꝑ etiam omnes impij / ꝑ illi corrigēdi sunt ⁊ puniendi. illa autez sunt agnoscenda ⁊ veneranda. Item gre. ꝙ dicitis vt qui ordinatus est iterum ordinetur valde ridiculosum est. Ut em̄ baptizatus semel iteꝝ baptizari non debet ita qui ꝯsecratus est semel in eodez ordine non valet iterum consecrari. His alijsq; autoritatibus videt̄ asseri in omnibus impijs. etiam in hereticis precisis ⁊ damnatis christi sacramenta permanere cum iure dandi Possunt enim dare ꝑ pernitiose. ⁊ quib⁹ dederint nō sunt iterum ordinādi. que premissis ex opposito obuiare vident̄.

Determinatio premisse cōtradictionis autoritatum.

Hec autē quidā ita determināt. Dicunt em̄ hereticos accepta sacerdotali vel episcopali vnctione ab ecclesia recedentes. baptismi quidem dandi ius retinere. ꝑ non habere facultatem tribuendi sacros ordines vel consecrandi dominicū corp⁹. postq̄ precisi ⁊ damnati sunt ab ecclesia. Sicut degradatus episcopus non hꝫ potestatem largiendi sacros ordines facultatem tamen baptizandi nō amisit Qd̄ vero aug̃. ait intelligunt dictum de hereticis. qui non sententia ecclesie / sed prauitate sensus sui a fidei veritate ac doctrine vnitate diuisi sunt. qui licꝫ tales sint / ius tamen ordinandi ⁊ consecrandi habent. ⁊ qui ab eis ordinantur ante manifestā precisionem etiam si cū eis aperte exierint / et sententia ecclesie damnati fuerint / tamē si redierint / iterum ordinandi nō sint. ⁊ vbicunq; legitur de ordinatis ab hereticis ꝙ ꝑuatis eis ordinibus ministrare valeant / vel iteꝝ ordinandi non sint / de huiusmodi accipiendum dicunt. Nam postq̄ precisi fuerint ⁊ damnati iudicio ecclesie / ius ordinandi eis detractum asserunt vt degradatis vel excommunicatis. Alij vero dicunt sacramenta ab hereticis ⁊ p̄cisis ꝑm formam ecclesie celebrata vera esse ⁊ rata. quia recedentes ab ecclesia ius dandi ⁊ consecrandi non perdiderunt. ⁊ qui sic ab hereticis ordinantur cum redeunt iteruꝫ ordinandi non sunt Que v̄o ab hereticis aliter q̄ in ecclesia fiunt / falsa sunt ⁊ inania. ⁊ qui a talibus ordinari vident̄ / non munus sed vulnus accipiunt / ⁊ ꝑm hanc differentiam varie de his loquunt̄ doctores Quidam vero dicunt eadez sacramenta ab hereticis p̄cisis posse celebrari que a catholicis si ab illis forma ecclesie seruet̄ ⁊ ab eis celebrata vera esse ⁊ rata quātum ad se. Quantum v̄o ad effectuꝫ falsa esse ⁊ inania. ⁊ in his q̄ male tractāt ⁊ in his qui male suscipiunt. Ideo irrita ⁊ falsa. qꝛ quod ꝓmittunt ⁊ conferre credunt / nō retribuunt / damnanda etiam dicunt̄ / qꝛ illicite dantib⁹ vel / accipientibus sunt in iudiciū. Polluta etiam dicunt̄ non quantuꝫ ad se / ꝑ ꝓpter indignam hereticoꝝ tractationem. Iō greg̃. communionē arrij vocat execratōnem. ⁊ innocentius bonosij ordinationem. damnationez. non ꝙ ita in se sint sed qꝛ male dātes vel accipientes tales

Iero. super osee.

facit. Sicut etiam iero. Sacrificia cor panem luctus vocat non quantuz ad se sed quantum ad effectuz. Nonnulli vo tradunt illos hereticos q̃ in ecclesia ordinati sunt / ius ordinandi z consecrandi etiam cum separati fuerint habere. Qui vo in scismate vel heresi positi ab eis ordinati z iniuncti fuerint / illo iure carent. Ideoqz cum ordinare volunt vulnus potius infigunt q̃z gratiam conferant.

De simonia vnde dicit z quid sit.

De simoniacis

vero non est ambigendum quin sint heretici qui tamen ante sentenciaz degradationis z ordinant et consecrant. Et licet simoniaci ꝓprie dicantur q̃ instar simonis magi impreciabilem gratiaz p̃cio conducere volunt. z qui ꝑ ministerio sacro precium recipiunt in modum gyezi. Gyezite vocandi sunt omnes tamen et dantes z accipientes simoniaci dicunt. z vtriqz eadem sentencia percelluntur.

De his qui scienter a simoniacis ordinantur.

Differt tamẽ inter

eos qui ordinant a simoniacis sciẽter z eos qui ignoranter. Qui enim scienter a simoniacis se ꝑmiserint ꝓsecrari immo execrari / eorz consecratio omnino irrita est. Qui vero ordinant a simoniacis. quos cum ordinant nesciũt esse simoniacos qui z tunc ꝑ catholicis habent / eorũ ordinatio misericorditer sustinetur.

De his qui dicũt se emere corporalia non spiritualia.

Si vo aliqui ob

iecerint se non consecrationes emere sed res ipsas q̃ ex consecratione ꝓueniunt / penitus desipere ꝓbant. Nam quisquis horum alterum vendit sine q̃ alterum non habetur / neutrum vendere derelinquit.

Distinctio simoniacorum.

Simoniace aũt

heresis triptita est distinctio Simoniace eniz alij a simoniacis ordinant Alij enim simoniace a nõ simoniacis. alij ñ simoniace a simoniacis Unde nicolaus papa. statuimus decretum de simoniaca tripartita heresi id est de simoniacis simoniace ordinantibus vel ordinatis. z de simoniacis simoniace a non simoniacis et simoniacis ñ simoniace a simoniacis. Simoniaci simoniace ordinati vel ordinatores ꝓm canones a ꝓprio g̃du decidant. Simoniaci etiaz simoniace a non simoniacis ordinati / similit ab officio remoueant. Simoniacos vero non simoniace a simoniacis ordinatos misericorditer ꝑ manus impositionem ꝑ temporis necessitate in officio ꝑmittimus permanere. quod intelligendum est de his qui ordinant a simoniacis ignorantes eos esse simoniacos. hos facit simoniacos non reatus criminis sed ordinatio simoniaci.

Alexander papa ō his qui violenter a simoniacis vel ab hereticis ordinantur.

Similiter cũ de

cernit alexander papa simoniacos omnino damnandos ac deponendos subintelligenduz est nisi violenter quis attractus fuerit De his enim z a quibuslibz hereticis violenter ordinatis. dicit innocentius q̃ possunt habere aliquez colorem excusationis si statim discedunt ab eis z pessimo eorum conciliabulo renunciant.

De etate ordinandorum ita decreuit nicolaus papa.

Sacri inquit canones sanxerunt vt subdyaconus nõ ordinet ante.xiiij. annos. nec diaconus ante.xxv. nec presbiter ante.xxx. deinde si dignus fuerit/ad episcopatũ eligi potest. qd nos etiam pari modo seruare iubemus. Item fabianus si quis xxx. etatis non impleuerit annos/nullo modo presbiter ordinet. et si valde sit dignus quia ⁊ ipse dominus triginta annorum baptizatus est. et sic cepit docere.

De sacramento coniugij cuius institutio et causa ostenditur.

DI XXVI

Quum alia sacramenta post peccatum ⁊ ꝓpter peccatum exordiũ sumpserũt/matrimonij sacramentum etiam ante peccatum legit institutum a domino nõ tamen ad remedium sed ad officium. Refert enim scriptura genesis in adã misso sopore. atq; vna de costis eius sumpta. ⁊ exinde muliere formata/virum in spiritu intelligentem ad quem vsq; mulier facta esset post extasim ꝓphetice dixisse. hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea. ꝓpt̃ b̃ relinquet homo patrem et matrem et adherebit vxori sue. ⁊ erunt duo in carne vna

De duplici institutione coniugij.

Coniugij autez institutio duplex est vna ante peccatuz ad officium facta est in paradiso. vbi esset thorus immaculatus. ⁊ nuptie honorabiles/ex quibus sine ardore concipperent. sine dolere perent/altera post peccatum ad remedium facta extra paradisum. ꝓpter illicitum motum deuitandum. Prima vt natura multiplicaret. Secunda vt natura exciperet. et vicium cohiberet. Nam ⁊ ante peccatum dixit deus crescite et multiplicamini. ⁊ post peccatum omnib̃ pene hominib̃ per diluuium ꝓsumptis Ut vero ante peccatum institutum fuerit coniugium ad officium/post peccatum vero ad remedium ꝓcessum Aug. testat dicens. Nõ sanis est ad officium. egrotis est ad remedium. Infirmitas em̃ incõtinentie q̃ est in carne per peccatũ mortua ne cadat in ruinam flagitiorũ/excipitur honestate nuptiarum Si vo non peccassent ꝑmi homines/sine carnis incentiuo ac feruore libidinis ipsi ac successores eorũ ꝓuenirent. ⁊ sicut remunerabile est aliquod bonum opus. sic coitus eorũ bonus esset ⁊ remunerabilis Quia vero ꝓpter peccatum letalis cõcupiscentie lex membris nostris inhesit sine qua carnalis non fit ꝓmixtio reprehensibilis est ⁊ malus coitus. nisi excuset per bona ꝓiugij.

Aug. sup genesis in li. de nuptijs ⁊ concupiscentijs.

Quando secundum preceptũ quando secundum indulgentiã contractum sit coniugium

Prima istitutio habuit preceptum. secunda indulgentiam Dicimus enim ab apostolo humano generi ꝓpter vitandam fornicationem indultum esse ꝓiugium. Indulgẽtia vero quia melioza non eligit/remedium habet non premium/a quo si q̃s declinauerit meret exiciale iudicium. quod ꝓm indulgentiaz cõcedit/voluntarium est non necessarium. Alioquin transgressor esset qui illud non faceret Et potest sane intelligi illud sub ꝓcepto dictum hominibus primis ante peccatuz. Crescite ⁊ multiplicamini Quo etiam post peccatum tenebant vsqueq; facta est multiplicatio. Postq̃ ꝓm indulgentiam matrimonij ꝓtractus fuit. ita etiam post diluuium quo vniuersuz

pene humanum genus deletum est/secundum preceptum dictum est filijs noe. Crescite ⁊ multiplicamini. Multiplicato vero homine secundum indulgentiam contractum est non secundum imperium.

Quibus modis accipiatur indulgentia.

Indulgētia autem diuersis modis accipit scz ꝓ ꝯcessione. ꝓ remissione. ꝓ permissione. Et est ꝑmissio in nouo testamento de minoribus bonis ⁊ de minoribus malis De minoribus bonis est coniugium qđ nō meret palmam. ꝑ est in remedium. De minoribus malis id est de venialibus ē coitus/qui fit causa incontinentie. Illud em̄ ꝯiugium indulget id est ꝯcedit Illud ṽo id est coitus talis permittitur id est toleratur/ita ꝙ non ꝓhibet.

Q nuptie sint bone

Fuerunt autez nonnulli heretici nuptias detestātes q̄ daciani appellati sunt. hij nuptias om̄ino damnant. ac pares fornicationibus alijsqz corruptionibus faciunt nec recipiunt in suorum numero coniugio vtentes mares vel feminas. Q autem res bona sit ꝯiugium/non modo ex eo probat ꝙ dominus legit ꝯiugiuz instituisse inter primos parentes. ꝑ etiam ꝙ in chana galilee nuptijs interfuit christus easqz miraculo ꝯmendauit. aqua in vinum conuersa. Qui etiam postea viruz dimittere vxorē ꝓhibuit nisi causa fornicationis. Apostolus etiam ait. Virgo non peccat si nubat. Constat ḡ rem bonam esse matrimonium. alioquin nō esset sacramentum. Sacramentuz em̄ sacrum signum est.

Cuius rei sacramentum sit cōiugium.

Cum ergo coniugium sacramentum sit. ⁊ sacrum signū est. ⁊ sacre rei scz ꝯiunctionis xp̄i et ecclesie. sicut ait apostolus. Scriptum ē inquit. Relinquet homo patrem ⁊ matrez ⁊ adherebit vxori sue et erunt duo in carne vna. hoc autem est magnuz sacramentum. Ego autez dico in christo ⁊ in ecclesia/vt enim inter coniuges cōiunctio est ꝑm ꝯsensum animorum ⁊ ꝑm permixtionez corporꝝ/sic eccl̄ia christo copulat voluntate ⁊ natura/quia idez vult cum eo. ⁊ ipse formaz assumpsit đ natura hominis. Copulata ē ergo spōsa sponso. spūaliter et corporaliter. id est caritate ac conformitate nature huius vtriusqz copule figura est in ꝯiugio Consensus em̄ ꝯiugum copulam spiritualem xp̄i ⁊ ecclesie que fit per caritatem significat. Commixtio ṽo sexuum illam significat que fit per nature ꝯformitatem.

Qualiter intelligēda sint verba mulier illa non pertinet ad matrimonium cum qua non ē cōmixtio sexuum.

Inde est ꝙ quidam doctoꝝ dixerunt. illam mulierem non pertinere ad matrimonium. q̄ non experitur carnalem copulam. Ait em̄ aug̃. Non dubium est illam mulierez ñ pertinere ad matrimonium/cum q̄ docetur non fuisse ꝯmixtio sexus. Item leo papa cum societas nuptiarum ita a principio sit instituta/vt preter commixtionem sexuum nō habeat in se xp̄i ⁊ ecclesie sacramentum. non dubium ē illam mulierez non pertinere ad matrimonium in qua docet non fuisse nuptiale misterium. Item aug̃. Non est perfectum coniugiuz sine ꝯmixtione sexuū hoc si ꝑm superficiem verboꝝ quis acceperit/inducit in errorem tm̄/vt dicat sine carnali copula non posse contrahi matrimonium/⁊ inter mariā et ioseph

Aug̃. in li. đ soliloquijs

non fuisse coniugium vel non fuisse perfectum quod nephas est sentire. Tanto enim sanctius fuit atq; perfectius / quãto a carnali opere immunius / sed superius posita ea ratione dicta intelligendum est non quin pertineat mulier illa ad matrimonium / cum qua non est permixtio sexuum / sed nõ pertinet ad matrimonium. q̃ expressam ⁊ plenaz teneat figuram coniunctionis christi ⁊ ecclesie Figurat enim illam vnionem christi ⁊ ecclesie que est in caritate. sed non illam que est in nature conformitate Est ergo ⁊ in illo matrimonio typus ꝯiunctionis christi ⁊ ecclesie. ꝑ illius tantum qua eccelesia christo caritate vnitur. nõ illius qua per susceptionez carnis capiti membra vniuntur. Nec ideo tamen minus sanctum est coniugium qꝛ vt ait aug̃ In nuptijs plus valet sanctitas sacramenti / q̃ fecunditas ventris. Est enim coniugium signum spiritualis cõiunctionis ⁊ dilectionis animorum qua inter se coniuges vniri debent. Unde apostolus ait. Viri diligite vxores vestras vt corpora vestra.

Aug̃. in li. de coniugali

Que sunt consideranda in cõiugio.

DI XXVII

Post hoc aduertendum est quid sit cõiugium. ⁊ que sit efficiẽs causa ꝯiugij. ⁊ causa ꝓpt̃ quaz contrahi debeat ⁊ que sint bõa cõiugij. ⁊ quomodo per ea excusetur coitus carnalis ⁊ que sint legitime persone ad matrimonium. Sunt ⁊ alia plura in matrimonio consideranda q̃ sub cõpendio perstringemus.

Quid sit coniugium.

Sunt ergo nuptie vel matrimoniũ viri mulierisq; coniunctio maritalʼ int̃ legitimas ꝑsonas indiuiduã ꝯsuetudinez retinens Ad indiuiduã ꝯsuetudinez vite pertinet q̃ absq; ꝯsensu alterius neut̃ ꝯtinentiam ꝓfiteri põt vel orationi vacare. ⁊ q̃ int̃ eos dum viuunt vinculum ꝯiugale ꝑmanet vt alij se copulare non liceat ⁊ vt inuicez alter alteri exhibeat qđ quisq; sibi. hac autem descriptione legitimorũ ⁊ fidelium tm̃ matrimonium includit̃.

De cõsensu qui efficit cõiugiũ

Efficiens autem causa matrimonij est ꝯsensus. non quilibet. ꝑ per v̄ba expressus. nec de futuro / ꝑ de p̃nti Si enim ꝯsentiant in futuꝝ dicentes accipiam te in viꝝ / et ego te in vxorẽ. non est iste ꝯsensus efficax matrimonij. Itẽ si ꝯsentiant mẽte ⁊ nõ exprimant̃ v̄bis. vel alijs certis signis nec talʼ ꝯsensus efficit mr̃imonium. Si aũt v̄bis explicant qđ tñ corde non volunt si non sit coactio ibi vel dolus. obligatio illa verboꝝ quibꝰ ꝯsentiunt dicentes / accipio te in virum. ⁊ ego te in vxorem / matrimonium facit.

Autoritatibus probat q̃ solus consensus facit matrimonium

Quod autem cõsensus matrimonium faciat subditis ꝓbat̃ testimonijs. Ait enim isidorus Cõsensus facit matrimonium Itez nicolaus papa. sufficiat solus ꝑm leges eoruz consensus / de quoꝝ ꝯiunctionibus agitur. Qui solus si forte in nuptijs defuerit / cetera etiaz cum ipso coitu celebrata frustrantur. Itez iohannes crisosto. Matrimonium quidem non facit coitus. sed voluntas. ⁊ ideo non soluit illud separatio corporis. Item ambro. Non defloratio v̄ginitatis facit ꝯiugium. ꝑ pactio ꝯiugalis. Ex his apparet q̃ cõsensus id est pactio coniugalis matrimonium facit et extunc coniugium est / etiaz si non precessit vl̃ secuta sit copula carnalis.

Jo. Cris. super math̃.

Quando incipiat esse coniugium.

Quod enim ab ipsa dispensatione in qua pactio ꝓiugalis exprimit ꝓiuges sint/sanctoꝝ testimonia ꝓbant. Ait enim ambro. Cum iniciat ꝓiugium ꝓiugij nomen adscisci tur. cum coniungit viro ꝓiugiuz ē non cum viri ammixtione cognoscit. Item ysidorus. Coniuges verius appellant a ꝑma desponsationis fide q̃uis adhuc inter eos ignoretur ꝓiugalis cõcubitus Item aug. Coniunx vocat ex prima desponsationis fide q̃uis ꝓcubitus agnoscat nec fuerat agniturus/nec perierat nec mendax manserat ꝓiugis appellatio/ vbi nõ fuerat nec futura erat carnis vlla commixtio ꝓpter qd̃ fidele cõiugiũ ambo parentes christi vocari meruerunt non solum illa mater sed etiam ille pater eius sicut ꝓiunx matris eius vtrunq̃ tamen mente non carne Ex his euidenter insinuat q̃ ex tempore q̃ incedit consensus voluntarius ac maritalis qui solis coniugium facit veri cõiuges sunt sponsus ⁊ sponsa.

Ambro. in libro de virginibus.

Isidor' in libro ethi.

Aug. in li. de bono ꝓiugij.

Secundum quosdam non est coniugium ante carnalem copulaz sed sponsi et sponse sunt

Quidaz tamen asserunt verum ꝓiugiuz non ꝓtrahi ante traductionem ⁊ carnalem copulã nec vere ꝓiuges esse aliquos anteq̃ interceda commixtio sexus. sed a prima fide despõsationis vir spõsus. ⁊ mulier spõsa est. nõ ꝓiunx. Sponsus autem ⁊ spõsas ꝓiuges frequenter appellari dicũt/ nõ quia sint/ sed quia futuri sunt cuius rei sponsionez inuicem fecerunt. ⁊ ꝑm hꝰ verba premissarum autoritatum intelligenda fore tradunt.

Qua ratione vtuntur.

Quod vero int sponsam ⁊ coniugem plurimum interfit. ex eo astruunt quia licet sponse ante carnalem copulam inconsulto vel nolente sponso monasterium eligere Quo facto. sponso etiam licet aliam ducere.

Q̃ sponsa potest monasterium eligere nõ exquesito sponsi cõsensu.

Coniugatus vero vel coniugata nec continentiam nisi ex communi ꝓsensu seruare valet. nec monasterium petere. nisi vterq̃ continentiam pariter profiteatur. Q̃ vero liceat sponse monasterium eligere. autoritatibus sanctorum probatur. Ait em̃ eusebius papa. Desponsatam puellam non licet parentibus alij viro tradere. tamen licet sibi monasterium eligẽ Item̃ gregorius. Decreta legalia desponsatam si conuerti voluerit nullo penitus censuerũt damno mulctari. Refert etiam iero. q̃ machabarius inter christi heremitas precipuus celebrato nuptiali conuiuio. cum vespere thalamum esset ingressurus. ex vrbe egrediens transmarina petij ⁊ heremi solitudinem sibi elegit. Beatus etiam alexius similiter ex nuptijs diuina gratia vocat' spõsam deseruit et nudus christo famulari cepit. His autoritatibus ⁊ exemplis liquet licere sponsis sine consensu suaruz sponsarum ⁊ econuerso continentiaz ꝑfiteri.

Exempla ponit.

Qd̃ coniugatus vl' coniugata nequeant continentiam profiteri sine alterius consensu.

Hoc autem con
iugatis nullatenus licet Non enim po/
test vir melioris vite propositum sume
re sine vxoris consensu et econuerso .
vñ greg̃ scribẽs theutiste patricie sunt
qui dicunt religionis gratia debere cõ/
iugia solui. Unde sciendum ẽ quia ⁊ si
hoc lex humana ꝯcessit tñ lex diuina ꝑ
hibuit. Si vero vtrisq; conueniat con/
Si autez angeli a deo ꝑ verbuz eius discunt petitiones nr̃as ⁊ q̃d de his implenduz sit. ⁊ quid non Cur non credamus ⁊ aĩas sanctorum dei faciez ꝯtemplantiuz in eius veritate intelligere preces hominum et q̃ implende sint vel non Inde est q̃ deus đꝛ exaudire preces quorundaz nõ solũ

quando effectui mancipiat / ꝑ etiam qñ innotescit curie angelorum ⁊ sanctarum animarum / quid inde futurum sit vel non. et quid cognoscunt in dei voluntate esse volunt ⁊ ipsi Adeo enim superne volũtati addicti sunt vt nihil preter eius voluntatem queant velle. Intercedunt ḡ ad deum ꝓ nobis sancti. ⁊ merito / duz illorum merita suffragant nobis ⁊ affectu dum vota nostra cupiunt impleri. Quod tamen non faciunt nisi in voluntate dei implenda didicerint Oramus ergo vt intercedant ꝓ nobis. i. vt merita eorum nobis suffragent / et vt ipsi velint bonum nostrum. qr eis volentibus deus vult ⁊ ita fiet. Ex premissis ꝯstat ꝙ cum quibusdam misericordius agit deus q̃ eorum peccata meruerint scz cum mediocriter malis qui suffragijs ecclesie iuuant.

Si valde malis detur mitigatio pene.

DI XLVI

Sed queritur hic ꝺ valde mal' vtrum ⁊ ipsi in aliqua earum penarum mitigatione dei misericordiam sentiant vt minus q̃ meruerint puniantur Quidam autumant eos nullam reuelationem pene habituros. qꝺ ꝯfirmant iacobi autoritate dicentis Judicium sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam. aug. etiam ait Misericordia hic exhibetur scz ad iudicium in futuro. Idem distinguens quomodo omnes vie domini sicut misericordia ⁊ veritas ait erga sanctos omnes. vie dei misericordia veritas. qr ⁊ in iudicando subuenit ⁊ ita ñ deest misericordia ⁊ in miserando id exhibet quod ꝓmisit ne desit veritas Erga omnes autem quos liberat et dãnat omnes vie sunt misericordia ⁊ veritas quia vbi nõ miseretur vindicte veritas datur dicens vbi non miseret dat intelligi aliquid a deo fieri vt non miseret / sed his occurrit qꝺ ait cassiodorus sup psalmum. l. loquens de misericordia ⁊ pietate dei. hec due inquit res iudicio dei semper adiuncte sunt. Ergo ⁊ in punitione malorum non est iusticia sine misericordia Idez de iudicio ⁊ misericordia ait. hec duo mutua societate sibi iũguntur In his breuiter omnia opa dei includit Aug. quoq; respondens illis q̃ reproborum supplicia finem habitura cõtendunt ita illorum repellit opinionem asserens reprobos perpetuo puniẽdos vbi eorum supplicia mitigari aliquatenus non neget. frustra inquit nonnulli eternam damnandorum penam ⁊ cruciatus sine intermissione perpetuos humano misereãtur affectu. atq; in futurum esse non credunt. Non quidem scripturis aduersando diuinis. sed ꝓ suo motu dura quoq; molliendo ⁊ in leuiorem flectendo sententiam qua putant in eis terribilius esse dicta q̃ verius Non em̃ inquiũt obliuiscetur misereri deus aut contineat in ira sua misericordias suas hoc quidem in psalterio legitur Sed ꝺ his intelligitur qui sunt vasa misericordie. quia et ipsi non pro meritis suis ꝑ deo miserante de miseria liberant. aut si hoc ad omnes estimant pertinere non ideo necesse est vt damnationem opinẽtur finiri posse eorum de quibus dictum est Ibunt hij in supplicium eternum ne hoc modo putetur habitura finem felicitas eorum de quibus econtrario dictum est. Justi autem in vitam eternam. Sz penas damnatorum ceteris temporib' estiment si hoc eis placet aliquaten' mitigari. ⁊ sic quippe intelligi potest manere ira dei in illis id est ipsa damnatõ Hec enim vocat ira dei non diuini animi perturbatio vt in ira sua id est manente ira sua non contineat miseratões suas. non eterno supplicio finez dando sed leuamen adhibendo vel interponẽdo cruciatib'. quia nec psalmus ait ad finiendam iram suam vel post iraz suaz sed in ira sua. Que si sola esset alienari a regno dei. carere magna multitudie dulcedinis dei. tam grandis tamen est pena. vt ei possint nulla tormenta que

Aug. sup octonariuz.

Aug. i ench. ꝯtra illos qui asserunt malorum cruciatus terminandos

nouimus comparari si illa sit eterna. ista autem sit q̃libet multis secul' longa. Manebit ergo sine fine mors perpetua damnatorum. et ipsa omnib' erit communis. sicut manebit communiter omnium vita eterna sanctorum. Ecce ita asserit hic penas reproborum nõ esse finiendas quod non improbat si dicatur. eorum supplicio aliquod leuamẽ adhiberi. vnde ⁊ nõ incongrue dici potest deuz ⁊ si iuste id possit non omnino tamen punire malos in futuro quantuz meruerunt. sed eis aliquid quantumcunq; mali sint de pena relaxare.

Determinat premissas autoritates.

Qd ergo dictum est iudicium sine misericordia fieri illi q̃ non fecit misericordiam. Ita intelligi potest q̃ iudicium damnationis fiet illi qui non fecit misericordiam pro eo q̃ fuit sine misericordia. vel fiet ei iudicium sine misericordia. liberante ⁊ saluãte qui tamen in aliqua pene alleuiatione misericordiam dei sentiet. Ita cum dicitur a misericordia hic iudiciuz in futuro non negetur quin in futuro sit misericordie effectus. ⁊ in electis qui p̃ misericordiam ab omni miseria liberabũtur ⁊ in reprobis qui minus q̃ meruerint cruciabuntur. Sed hic nõ sine causa dicitur fieri dei misericordia ⁊ iudiciuz in futuro. quia ⁊ hic multis modis miseret deus quib' non miserebit tũc Vocat enim deus nunc peccatores et iustificat qd tunc non faciet. ⁊ tunc reddet singul' s̃m merita sua manifeste iudicabit qui nunc occulte iudicat.

De occulto iudicio dei.

Cuius occultuz iudiciũ vt ait aug. intelligit pena qua quisq; vel exercet ad purgationem vel mouet ad ꝯuersionem vel si ꝯtemnit excecat ad damnationem. Occultum ergo iudiciũ dei pena d̃r qua iudicat purgando ꝯuertendo vel excecando Iudicia quoq; dei interdum appellantur dispensationes eiusdem omnibus rebus. vnde q̃ in comprehensibilia sunt iudicia eius. ⁊ iudicia eius abissus multa. Iudicium autem quo in futuro iudicabit intelligit sentencia qua ventilabit area id est diuident localit boni a malis ministerio angelorum. ⁊ isti in vitaz ducent. illi in suppliciuz mittentur qui nunc simul mixti sunt.

Augustin' super psal. viij.

De sentencia iudicis.

De iusticia ⁊ miscdia dei.

Sz quomodo iusticia dei ⁊ pietatem. id est misericordiam supra cassiodorus duas esse res dixit que semp adiuncte sunt iudicio dei. Iusticia em dei ⁊ miscdia non due res sed vna res. i. vna diuina essentia est sicut supra plurib' autoritatib' ostensum est. qr non est deo aliud esse misericordem q̃ misericordiam. nec iustum q̃ iusticiam. s̃ idez prorsus. nec aliud est ei esse misericordem q̃ iustum. vel misericordiam q̃ iusticiam. s̃ omnino idez est qr non denominatiue. sed essentialiter hec de deo dicunt Cur ergo dicit scriptura de operibus dei quedam esse misericordie. quedam iusticie. Si ergo iusticia dei misericordia ẽ. quecunq; sũt opera misericordie esse vident iusticie ⁊ econuerso. His rñderi potest sic illis locutionibus quibus huiusmodi operũ fiunt distinctiones vt alia misericordie alia iusticie alia bonitati attribuantur non diuersitas subiacentis id est rei his vocabul' significate exprimitur. sed varietas sensuuz ⁊ effectuum in creaturis monstrat Cum enim dicit deus iustus vel iusticia essentia diuina predicatur ⁊ etiam q̃ ipse sit distributor ⁊ iudex meritorum intelligi datur Ita ⁊ cum dicitur misericors essentia diuina predicatur ⁊ insup q̃ ipse sit miseroꝝ liberator

De opibus ⁊ iusticie ⁊ misericordie dei ⁊ bonitatis

Responsio

intelligi dat. Similiter cum dicit bonus essentia diuina predicat. vt cum dicit deus. ⁊ insuper auctor omnium bonoꝝ ostendit. Ita ⁊ cum dicit deus essentia diuina predicat. et ipse timendꝰ ostendit. Inde ergo quedaꝫ opera misericordie. quedam iusticie dicunt. nõ quin diuina essentia hec ⁊ illa operet ⁊ quin hec et illa sint opera diuine essentie que dicit misericordia et iusticia. ꝑ quia quedam sunt quibus ostendit iudex ⁊ equus distributor. quedam quibus ostenditur miserator Misericors enim dicit in natura. miserator in exhibitione. et in quibusdam operibꝰ dicit effectus esse misericordie. in quibusdaꝫ effectus iusticie. non ꝙ aliud efficiat iusticia. aliud misericordia dei. Si ad essentiam referas/ sed quia ex quibusdã effectibꝰ intelligit iudex. ex quibusdaꝫ miserator vel vt quibusdam placet iustus ⁊ misericors/ sed ꝑm hoc occurrit questio quomodo ex alijs ostendatur ⁊ ex alijs misericors cum sit idez ei esse iustum ⁊ esse misericordem. Si enim ꝑm eandem rationem dicitur iustus ⁊ misericors ex eo opere quo intelligitur iustus intelligit misericors ⁊ econuerso. Sed dixi supra quia cum dicitur deus iustus ⁊ misericors ita eadez diuina essentia significatur. ⁊ ꝑm eam idem predicatur vt etiam quedam diuersa intelligantur. Intelligimus enim per hꝰ euꝫ esse miseratorem ⁊ iustum iudicem. qđ euident origenes ostendit dicens. Omnia que dei sunt christus est. ipse sapiẽtia eius. ipse fortitudo/ iusticia sanctitas/ ipse prudentia. sed cum vnuꝫ sit in subiacenti ꝓ varietate sensuum diuersis nuncupatur vocabulis. Aliud enim significat sapientia aliud iusticia. Qñ enim sapientia dicit disciplinis te diuinarum humanarumqꝫ rerum instituere intelligitur. quando iusticia distributor vel iudex meritorum insinuat Ita et prudentia cum dicit doctor ⁊ demõstrator bonarum vel malarum rerũ vel neutrarum intelligitur.

Autoritatibus probat quedã iusticie. alia misericordie alia bonitati tribui.

Quod autẽ quedam opera misericordie/ quedam iusticie/ quedã bonitati attribuant in scripturis facile est reperire. ⁊ de misericordia quidez ⁊ iusticia manifestum est. đ bonitate vo ⁊ misericordia amplius latet ꝑ aug. docet illa opera ꝓprie ad misericordiam pertinere quibus aliqui a miseria liberantur. Ad bonitatez vero non solum illa. sed facturam ⁊ gubernationem naturalium ita dicens. ad misericordiam pertinet ꝙ a peccatis mundat. ⁊ de miseria liberat. Ad bonitatẽ vero ꝙ celum ⁊ terram et omnia valde bona creauit vt essent idem celi non indigent misericordia vbi nulla est miseria in terra hominis abundat miseria ⁊ superabundat dei misericordia. Miseria ḡ hominis ⁊ misericordia dei plena est terra. non celi qui non indigent misericordia. indigent tamen regente domino. Omnia enim indigent domino ⁊ misera ⁊ felicia. quia sine illo miser nõ subleuatur. felix non regitur. Itez alibi misericordia est erga miseros. bonitas erga quoslibet Interdum tamẽ misericordia large accipit vt bonitas

Aug. sup ps

Quomodo vniuerse vie dñi dicantur misericordia ⁊ veritas

Post hoc cõsiderari oportz. ex q̃ sensu vniuerse vie domini dicant misericordia ⁊ veritas hic multiplicem recipit expositionez. Vniuerse em̃ vie domini quibꝰ ad nos veit vt ait aug. super psalmum. intelligunt duo aduentus. primus in q̃ manifestaꝫ ⁊ multiplicem misericordiam nobis exhibuit. ⁊ secundꝰ in quo requirẽdo merita iusticiam exhibuit. Vniuerse etiã vie dñi id est quibus ad dominuꝫ ascendimus sunt iusticia q̃ a malo declinamꝰ

ꝛ misericordia qua bonum facimus In his enim duob⁹ omne bonum meritum includit. Sed cum superius cassio. dixerit in his duobus omnia opera dei includi. merito queri potest an i om̄i ope domini hec duo mutuo sibi iungantur. Quibusdam placuit non in omni opere domini hic duo ꝯcurrere ꝑm effectuꝫ dico. nam ꝑm essentiam non diuidit misericordia a iusticia / ꝑ vnum est. Verum ꝑm effectum non in omni opere domini dicunt esse misericordiam ꝛ iusticiam. Sed in quibusdam tantum misericordiam ꝛ in alijs iusticiaꝫ atq; in alijs misericordiam ꝛ iusticiam. Fatent tamen dominum omnia que fecit misericorditer agere ꝛ iuste. referentes rationeꝫ dicti ad dei voluntatem que iusticia est et misericordia non ad effectus misericordie ꝛ iusticie qui sunt in reb⁹. Alijs autem videt q̄ sicut dicit deus omnia opera sua iuste facere ꝛ misericordit ita concedendum sit in omni opere dei iusticiam esse ꝛ misericordiam. i. clementiā ꝑm effectum vel signum. qꝛ nulluꝫ opus dei est in quo non sit effectus vel signuꝫ equitatis ꝛ clementie siue occulte siue aperte aliquando enim manifesta est clementia siue benignitas ꝛ occulta equitas. aliquando econuerso.

De sententia iudicij.

DI XLVII

Solet etiā queri qualiter dabit iudicij sententia. Sed nō est perspicuum id explicare. Non enim scriptura aperte diffinit an voce illa ꝓferant. Venite benedicti. ꝛ ite maledicti. an virtute iudicis ita fiat ꝯscientijs singuloꝝ ita attestantibus vt modo d̄r futuꝝ vt iudicis potentie effectus ipsius dictione significet Illa etiaꝫ esuriui ꝛ non dedistis michi manducare ꝛ huiusmodi magis ꝯscientijs exprimenda plurimi putant q̄ ver bis. qꝛ apostolus in momento ꝛ in ictu oculi misterium ꝯsumandum tradit Sꝫ illud ad resurrectionis statum tm̄ referunt non ad iudicium qui iudicij sentēciam ꝛ maloꝝ increpationes ꝛ bonorū p̄mia v̄bis exprimenda asserunt.

Q̄ iudicabunt sancti ꝛ quomodo.

Non autem sol⁹ christus iudicabit / sed et sancti cum eo iudicabunt nationes. Ipse enim apostolis ait sedebitis ꝛ vos sup̄ duodecim sedes iudicantes. xij. trib⁹ israel. Nec est putandum q̄. xij. apostolis tantum hoc promiserit christus. Ubi enim sedebit paulus qui plus omnibus laborauit si non ibi sedebunt nō. xij. Per. xij ergo sedes perfectio tribunalis. i. vniuersitas iudicantium intelligitur scilicet omnes perfecti qui relictis omnibus secuti sunt christum. per. xij. trib⁹ vniuersitas iudicandorum Iudicabunt vero eos sancti non modo comparatione sed etiam autoritate ꝛ potestate. vnde gladij ancipites in manibus eorum id ē sententia de bonis ꝛ de malis in potestate eorum Si vero queritur que erit eorum potestas vel autoritas in iudicādo. puto non ante posse sciri q̄ videatur nisi diuina reuelatione quis didicerit.

Ge. xij. sedibus.

De ordinibus eoruꝫ qui iudicandi erunt.

Erunt autē quatuor ordines in iudicio Due quippe sūt partes electorum scilicet et reproboruꝫ vt greg. in moralib⁹ ait Sed boni ordines eisdeꝫ singulis partibus continent Alij enim iudicantur ꝛ pereunt. alij nō iudicantur ꝛ pereunt. alij iudicantur ꝛ regnant. alij non iudicant et regnant. Iudicant ꝛ pereunt quibus dominica in clamatione dicet. Esuriui ꝛ non dedistis mihi man. ꝛc̄. Non iudicantur ꝛ peunt quib⁹ dominus ait. q̄ non credit

Greg. super Job.

iam iudicatus est. Eorum enim damnatō toti ecclesie nota est ⁊ certa. ⁊ iō dicuntur tunc non iudicari. Quia ad ꝯspectū districti iudicis cum aperta damnatiōe sue infidelitatis accedent. Qui vero ꝓfessionem fidei sine operibus habent iudicabunt ⁊ peribunt. i. redarguent vt pereant. Qui vero nec fidei sacramenta tenuerunt/ increpationem iudicis in se fieri nō audient. qꝛ infidelitatis sue tenebris preiudicati eius quem despexerunt inuectione redargui non merent. Illi saltem verba iudicis audient q̄ eius fidem saltem verbo tenuerunt. Illi in dānatione sua eterni iudicis nec verba ꝑcipient q̄ eius reuerentiā nec vbo/ tenus ſuare voluerunt. ⁊ iō illi iudicandi isti non iudicandi dicunt. Ex electorum vero parte alij iudicant ⁊ regnant scꝫ qui vite maculas lacrimis tergunt ⁊ elemosinarum superinductione operiunt quibus iudex veniens in dextra ꝯsistentib⁹ dicet esu. ⁊ dedistis mihi manducare. Alij autem non iudicant et regnāt qui etiaꝫ precepta legis perfectiori virtute transcendunt. qꝛ non hoc soluꝫ qđ lex precipit implere ꝯtenti sunt/ sed et qđ ad perfectionem ꝯsulit implere studēt. de quib⁹ ꝓpheta ait. Dominus ad iudicium veniet cum senatorib⁹ populi sui. Et salomon de ecclesie sponso loquens ait. Nobilis in portis vir ei⁹ qñ sederit cum senatoribus terre. ⁊ iob ait Non saluat impios ⁊ pauperibus iudicium tribuit Hij ergo recte sub generali iudicio non tenent. ſ iudices veniūt. qꝛ et precepta generalia viuendo vicerunt ⁊ omibus relictis christum secuti sunt. Recte pauperib⁹ iudiciuꝫ tribuit qui quanto huic mundo magna humilitate despecti sunt tāto tūc maioris culmine potestatis excrescent de talib⁹ đꝛ Qui vicerit dabo ei sedere mecū ī throno meo sicut ⁊ ego vici ⁊ sedi cuꝫ patre meo in throno eius. Vincens dominus cum patre in throno sedit. qꝛ post passionis certamen ⁊ resurrectionis palmā q̄ pater esset equalis omnibus claruit. Nobis vero in throno filij sedere est ex eiusdeꝫ filij potestate iudicare Qui em̄ iudicandi principatum ex eius virtute percipimus quasi in throno eius residemus. Ex his apparet q̄ etiam perfectiores sancti cum christo iudicabunt potestate. ⁊ quare quidam dicunt iudicandi. alij non iudicandi.

In apoc̄

De ordine iudicij et ministerio angelorum.

Cum autem in euangelio legat q̄ dominus mittet angelos suos qui colligent de regno eius omnia scandala ⁊ mittēt iniquos in caminum ignis Et item exibunt angeli ⁊ separabunt malos de medio iustoruꝫ ⁊ mittent eos in caminum ignis. Et iterum mittet angelos suos cum tuba et ꝯgregabunt electos a quatuor ventis. ⁊ cuꝫ ꝓpheta dicat. Congregate illi sanctos eius ministerio angelorum illa impleri dubitandum non est. Domino enim veniēte ad iudicium precedet ante euꝫ ignis quo comburetur facies mundi huius ⁊ peribit celum ⁊ terra. non ſm substantiam/ sed ſm speciem que immutabitur celum quidem aereum non ethereum. Tm̄ enim ascēdet ignis in iudicio. quātum ascenderunt aque in diluuium Ille autem ignis malis q̄ reperti fuerint viui erit ꝯsumptio. bonis vero non. Ut enim ait aug̃. h̄ erit incendium mundi sanctis qđ fuit camin⁹ trib⁹ pueris. In quib⁹ si aliquid purgandum fuerit ꝑ illum ignem purgabit. Alijs vero nullam ingeret molestiam Purgato vero ꝑ ignem mundo. ⁊ ad iudicium veniente domino. emittetur vox illa magna q̄ resurgent om̄es mortui. ⁊ tunc ministerio angelorum ventilabitur area. qꝛ boni ꝯgregabunt ibi de quatuor partib⁹ orbis angelico ministerio q̄ ⁊ rapient obuiam christo in aera. reprobis in terra quaꝫ dilexerunt remanentibus Et tūc preconia illa bonorum esuriui et dedistis mihi manducare. Et increpatiōes

ille maloꝝ esuriui ⁊ non dedistis michi manducare ⁊c̄. ꝓferent̄. vel sono vocali. vel alio modo. Deniq; ꝓfertur sentētia super vtrosq;. Uenite benedicti et ite ma. ⁊c̄. ⁊ ministerio angelorum virtute dei cooperante mittent̄ mali in caminum ignis hoc est in infernum.

Si post iudiciū demones preerunt hominibus ad puniēdū

At solet queri vtrū in inferno malis ad puniendum presint demones post iudiciū quos carnifices tortoresq; animarum scriptura appellat. appostolus dicit ꝙ xp̄c tunc euacuabit omnem principatum ⁊ potestatē et virtutem. Dum em̄ durat mundus angeli angelis. demones demonib⁹. homines hominibus presunt. ꝑ omnib⁹ collectis. iam omnis prelatio cessabit/hinc quidam putant post iudicium demones nō habere potestates cruciandi homines sicut modo. sed vt demones virtute dei cruciari sine creature ministerio assert̄ sic reprobos homines ibi non per opationem demonum. ꝑ virtute diuina tm̄ eternis subici cruciatib⁹. Premissa tamen autoritas non id cogit cōsentire q̄ ⁊ si asserat. tunc non demones demonibus. nec homines hominib⁹ preesse. nō diffinit tn̄ an demones presint hominibus ad torquendum. Unde quibusdaz videt̄ eos sic cōstare hominib⁹ tortores in pena. sicut extiterunt incentores in culpa.

De forma iudicis.

DI XLVIII

Solet etiā queri in q̄ forma christ⁹ iudicabit in forma vtiq; serui iudicabit q̄ omnibus in iudicio apparebit vt videant mali in quem pupugerunt. Diuinitatez vero eius mali non videbunt. Un̄ isaias Tollat̄ impius ne videat gloriam dei. humanitatem videbunt vt timeāt Diuinitatem v̄o non. ne gaudeant. diuinitas em̄ sine gaudio videri non potest

Q̄ apparebit tūc in forma ꝑui

Sz cum ī forma humana ꝯstet eum apparituꝝ querit̄ an in forma illa gloriosa appareat sic̄ vere est. an in forma q̄lis in passione extitit Quidaz putant a mal' talem videri qualem crucifixert̄. i. infirmaz q̄ dic̄ scriptura vt videant in quē pupugerūt/ꝑ apte aug̃. dicit. formam ꝑui glorificatam a bonis ⁊ a mal' tunc videri sic. cū in forma ꝑui glorificata iudicantez viderint boni ⁊ mali/tollet̄ impius vt non videat claritatem dei q̄ deus est quam soli mundo corde videbunt. qd̄ erit eis vita eterna. forma g̃ humana in xp̄o glorificata videbit̄ a cunctis. vn̄ et xp̄s d̄r iudicaturus. q̄ filius hoīs est. Ita em̄ legit̄ in euangelio iohis. Et potestatē dedit ei iudicium facere. q̄ filius hoīs est/non ꝙ ipse ex virtute hominis sit iudicaturus. vel ꝙ ipse solus sine patre ⁊ spiritusancto sit iudicium facturus ꝑ q̄ ipse solus in forma ꝑui iudicans bonis ⁊ malis videbit̄. Cum g̃ pater non iudicat quenq̄. ꝑ omne iudiciuz dedit filio non ita est intelligenduz q̄si filius solus iudicet ⁊ non pater/ꝑ q̄ forma filij humana cunctis in iudicio apparebit nō in forma infima ꝑ gloriosa. Iudicabit autem ex virtute diuinitatis non sine patre ⁊ spiritusancto et apparebit terribil' impijs. ⁊ mitis iustis Erit enim terror malis. et lumen iustis.

Aug̃. sup io.

Quare christus d̄r iudicaturus.

Quare secunduz formam ꝑui dicitur christus suscitaturus corpora.

Et sicut d̄r christus secundū formaz serui iudicaturus propter causam premissam. ita etiam dicit̄ suscitaturus corpora mortuorum

secundum humanitatez. cum tamen vir tute diuinitatis sit suscitaturus. nõ hu mãitatis. Sed hac ratione illud dicit quia in humanitate suscepit que ẽ cau sa nostre resurectionis id est passionem et resurrectionez. Ideo ei ascribit secũ dum hominem suscitatio mortuorum. Unde aug. per verbum filiuz dei fit ãi marum resurrectio. Per verbum factũ in carne filium hominis / fit corpum re surrectio. Itez iudicat ⁊ suscitat corpo ra non pater sed filius secundum dispẽ sationem humãitatis in qua minor pa tre ẽ. xp̃c in eo ꝙ est filiꝰ dei. ẽ vita que viuificat animas. In eo ꝙ est filius ho minis iudex. Ecce secundum formã hu manitatis dicitur suscitaturus corpora ⁊ iudicaturus. Iudicaturus autẽ quia illa forma cũctis in iudicio apparebit. ⁊ suscitaturꝰ. quia in eadem forma me rituz ⁊ causam resurrectionis nostre su scepit. ⁊ quia secundum eandem formã vocem dabit qua mortui de mõumẽtis resurgẽt ⁊ procedent. secũdum ꝙ deus ẽ. viuificat animas. nõ pater tantũ. qꝛ non tantum pater vita est. sed et filius cum eo. ⁊ spiritussanctus eadem vita ẽ que pertinet ad animaz non ad corpus Corpus enim non sentit vitam sapien tie / ꝑ anima que illuminat a lumine et no. licz ergo xp̃s potentia diuinitatis viuificet animas ⁊ suscitet corpora. et iudicet non ocio se tamen ⁊ preter rõ nem ei ꝑm formam dei tribuit viuifica tio animaꝝ. ⁊ ꝑm formam ꝑui iudicium ⁊ resuscitatio corporꝝ.

De loco iudicij.

Putant quidaz dñm descensuꝝ in valle iosaphat in iu dicio eo ꝙ ipse per iohelez ꝓphetaz sic loquit. Congregabo oẽs gentes ⁊ de ducam eas in vallem iosaphat ⁊ discep tabo ibi cum eis. In cuius capituli ex positione ita reperi. Hoc quidam pue riliter intelligunt ꝙ in valle que ẽ in la tere montis oliueti descensurus sit dñs ad iudicium. qd̃ friuolum est. qꝛ nõ in terra. sed in spacio huius aeris sedebit ꝯtra locum montis oliueti ex q̃ ascẽdit ⁊ sicut iohannes crisostomus dic̃. An geli deferent ante eum signuz crucis vñ in euangelio. Ueritas dicit ⁊ tunc ap parebit signum filij hominis ⁊c̃. Iosa phat autem interpretat iudicium dñi. In valle ergo iosaphat. i. iudicij domi ni ꝯgregabunt omnes impij. Iusti ve ro non descendent in vallem iudicij. i. damnationis. sed in nubibꝰ eleuabunt obuiam christo.

De qualitate luminarium et temporis post iudicium.

Veniẽte aũt ad iudiciuz dño in fortitudine ⁊ potestate magna sol ⁊ luna dicunt obscurari. nõ sui luminis priuatione / ꝑ superuenien te maioris luminis claritate Uirtutes quoqꝫ celoꝝ. i. angeli dicunt moueri / non metu damnationis vel aliqua ꝑtur batione pauoris / ꝑ quadam ammiratõ ne eoꝝ que viderint. vnde iob Colũne celi pauent aduentum eius. Ante diem v̄o iudicij sol ⁊ luna eclipsim patientur Sicut iohel testat dicens. Sol ꝯuerte tur in tenebras ⁊ luna in sanguinem an teq̃ veniet dies dñi magnus ⁊ horribi lis Magnus v̄o dicit ꝓpter magna q̃ ibi fient. Cum autez fuerit factum celũ nouum ⁊ terra noua. tunc erit lux lune sicut lux solis testante isaia ⁊ lux sol' sep templiciter. i. sicut lux septem dieꝝ. qꝛ q̃tuz luxit sol in prima ꝯditione septez dieꝝ ante peccatum primi hominis tm̃ lucebit post iudicium. Minorata eniz fuit lux solis ⁊ lune aliorumqꝫ siderum per peccatuz primi hominis. ꝑ tunc re cipiet sol mercedem sui laboris. qꝛ sep templiciter lucebit. ⁊ tunc non erit vi cissitudo diei et noctis / ꝑ tantum dies. Unde zacharias. Et erit dies vna que nota est dño nõ dies neqꝫ nox. ⁊ in tem pore vesperi erit lux. qꝛ tunc non erit varietas diei et noctis que modo est / ꝑ

continua dies ⁊ lux Isaias tamen vide tur dicere q̃ tunc non liceat sol vel lu/ na loquens ꝓgregationes beatoꝝ/non erit tibi inquit amplius sol ad lucendũ per diem. nec splendor lune illumina/ bit te/sed erit tibi dñs in lucem sempi ternam. Ex his verbis non negat solez ⁊ lunaz tunc lucere. ꝗ significat his qui tunc erunt in eterna beatitudine nullus lucis vsum prestare. qz vt ait iero. sup eundem locum. Celi terreq̃ solis atq̃ lune vobis cessabit officium ⁊ erit ipse dñs lumen suis imperpetuum. Potest etiam intelligi illud isaie ratione ea di ctũ. qz sol ⁊ luna tunc non habebunt or tum ⁊ occasum sicut nunc. vñ isidor' il/ lud isaie q̃si exponens ait post iudiciuz sol laboris sui mercedem suscipiet. vn/ de ꝓpheta lucebit septempliciter ⁊ nõ veniet ad occasuz. nec sol nec luna. sed in ordine q̃ creati sunt stabunt ne impij in tormentis sub terra positi fruant lu ce eoꝝ. vnde abacuc. sol et luna steterẽt in ordine suo. Ecce aperte dicit solem ⁊ lunam tunc lucere. ꝗ stabiliter perma nere vbi etiam significat infernum esse sub terra Si vo querit quis sit vsus lu cis sol' et lune tunc fateor me ignorare qz in scripturis nõ memini me legisse.

De differentia mansionum in celo et in inferno.

DI XLIX

aug. in ench.

Post resur rectionem vo facto vni/ uerso impletoq̃ iudicio suos fines habebunt ci/ uitates due vna xpi. alia dyaboli. vna bonoꝝ. altera maloꝝ. vtraq̃ tamen an geloꝝ ⁊ hominum istis voluntas. ill' fa cultas non poterit esse peccandi vl' vlla conditio moriendi. Istis in eterna vita felicit viuentib'. ill' infeliciter in eterna morte sine moriendi potestate duranti/ bus. qm̃ vterq̃ sine fine. ꝗ in beatitudi ne isti. alius alio prestabilius. In mise ria vo illi alius alio tolerabilius pma/ nebunt. Ex his apparet q̃ sic̃ boni dif/ ferenter glorificabunt. alij maius. alij minus. ita ⁊ mali differenter in inferno punient. Sicut em̃ in domo pris. i. in regno celoꝝ mansiones multe sunt id ẽ premiorum differentie. ita ⁊ in gehenna diuerse sunt mansiones. i. suppliciorum differentie. Omnes tamen eternaz pe/ nam patient. sicut omnes electi eundez habebunt denarium quem paterfami/ lias dedit omnib' q̃ operati sunt in vi/ nea nomine denarij aliquid omnib' ele/ ctis cõmune intelligit scz vita eterna. deus ipse q̃ omnes fruent/ ꝗ impariter Nam sic̃ erit differens clarificatio cor poꝝ. ita differens glia erit animarum. Vt stella enim a stella id est elect' ab electo differt in claritate mentis ⁊ corporis. Alij em̃ alijs vicini' clariusq̃ dei speci em ꝓtemplabunt ⁊ ipsa ꝓtemplãdi dif ferentia diuersitas mansionum vocatur Bonus ergo est vna. i. denarius ẽ vn' sed diuersitas est ibi mansionum. i. dif ferentia claritatis. qz vnum est ⁊ sum/ mum bonum beatitudo ⁊ vita omnium id est deus ipse. b̃ bono omnes electi p/ fruunt/ ꝗ alij alijs plenius. Perfruen/ tur vo videndo per speciem. non p spe/ culum in enigmate. habere ergo vitam est videre vitam. i. ꝓgnoscere deum in specie. Vñ vitas ait in euangelio. hec est vita eterna vt cognoscant te. ⁊ quẽ misisti iesum xpm̃ esse vnum ⁊ solũ verꝝ deum. b̃ est habere vitaz. i. cognoscere te/ nõ est ipsa cognitio q̃ tu es. ꝗ p cog/ nitionum habere bonum qd̃ tu es. i. vi ta.

Cassiodorus

Si omnes homines volunt eẽ beati.

Volet etiaz que ri de beatitudine vtq̃ eam omnes velit ⁊ sciant que sit vera beatitudo. de hoc aug. in. xij. li. de trinitate ita disserit Dix est cum capescende retinendeq̃ beatitudinis voluntas vna sit omnium vnde tanta existat de ipsa beatitudine rursus diuersitas voluntatum. non q̃

Aug. i li. xij de trinitate.

eam aliquis nolit. ꝗ q̃ non omnes eam
norint. Si enim eam omnes noscerent
non ab alijs putaret esse in virtute ani-
mi. ab alijs in voluptate corporis. ab a
lijs atq̃ alijs alibi atq̃ alibi Quō ergo
omnes amant qd̄ non oēs sciunt. Quis
potest amare qd̄ nescit sicut sup̄ disputaui. Cur ergo beatitudo amat ab omnibus. nec tamen scit ab omnib̄ an forte sciunt omnes que ipsa sit / ꝗ non omnes sciunt vbi sit ⁊ inde ꝓtentio est. an forte falsum est qd̄ ꝑ vo posuimus beate viuere omnes homines velle. Si em̄ beate viuere est. verbi gratia ꝑm animi virtutem viuere quō beate viuere vult qui b̄ non vult. nonne verius dixim̄ hō ille non vult beate viuē qr non vult ꝑm virtutem viuere qd̄ solum est beate viuere. Non g̃ omnes beate viuere volūt immo pauci b̄ volunt / si nō est beate viuere nisi ꝑm virtutem animi viuere qd̄ multi volunt. Ita sane falsum erit. vnde nec ipse cicero dubitauit. ait enim. Beati certe omnes esse volumus. absit vt b̄ falsuz esse dicamus. Quid ergo an dicendum erit / etiā si nihil aliud sit beate viuē q̃ ꝑm virtutem animi viuere. ⁊ tamen q̄ hoc non vult beate viuē vult. Nimis quidez b̄ videt absurduz. Tale enim est ac si dicamus q̄ non vult viuere beate. beate vult viuere. Istaz repugnantiam quis audiat. q̄s ferat. Et tñ ad hanc ꝓtrudit necessitas si ⁊ omēs beate viuē velle verz est ⁊ non omēs volunt sic viuē. quō solum viuit beate An illd̄ ab his angustijs potuerit nos eruere. Si dicamus nihil esse beate viuere nisi viuere ꝑm delectationem suam. ⁊ iō falsum non esse q̃ omnes beate viuē velint. qr omnes ita volunt. vt quēq̃ delectat. Hz id quidem falsum est. Velle enim qd̄ non deceat. est esse miserrimū Nec tam misez est non adipisci qd̄ velit. q̃ adipisci velle qd̄ nō oportz Quis ita cecus sit vt dicat aliquem iō beatū qr viuit ut vult. cuz ꝓfecto ⁊ si miser esset Minus tñ esset. ⁊ si nihil eorz q̃ ppe ram voluisset habere potuisset. Mala em̄ voluntate vel sola miser quisq̃ efficit. ꝗ miserior cum desideriuz male voluntatis implet. Quapropt qm̄ verum est q̃ omnes homines esse beati velint. idq̃ ardētissimo amore appetāt. ⁊ ppt̄ hoc cetera quecunq̃ appetūt. nec q̄sq̃ potest amare qd̄ omnino q̄d vel q̄le sit nescit. nec pōt nescire q̄d sit qd̄ se velle scit. sequit vt omnes beatam vitam sciant. Omnes autez beati habent qd̄ volunt. q̃uis non omnes q̄ habent qd̄ volunt ꝓtinuo sint beati. Continuo autē miseri sunt qui vel nō habent qd̄ volūt vel id habent qd̄ non recte volunt Beatus ergo nō est. nisi q̄ ⁊ habet omnia q̄ vult ⁊ nihil vult male. ille quippe beate viuit q̄ viuit vt vult. nec male aliquid vult Cum g̃ ex his duobus ꝓstet beata vita licz in malis sit aliq̄s bonus. nō tamen nisi finitis omnib̄ malis est beatus Cum g̃ ex hac vita. qui in his miserijs fidel' ⁊ bonus est venerit ad beataz vitam. tunc erit ve qd̄ nunc nullo modo esse potest vt sic homo viuat quomodo vult. Non enim ibi valet male viuere. aut volet aliquid qd̄ deerit. aut deerit quod voluerit q̄cq̄d amabit aderit nec desiderabit qd̄ non aderit. ⁊ omne qd̄ ibi erit. bonū erit. ⁊ summus de' summum bonum erit. ⁊ qd̄ est omnino beatissimum. ita semp forze certū erit Beatos autez esse se velle omnium hominū est. beatos se esse velle omnes in corde suo vident. nec tamen omniū est fides qua ad beatitudinem peruenit.

Aug. in eodē

Quid sit btūs

Si quid de deo cognoscit aliquis quod ibi non intelligant omnes.

Bolet etiaz queri vtz aliquid d̄ deo cognoscat aliquis magis meritus vt petrus. qd̄ nō cognoscat aliq̄s minus merit̄. ut linus. Pluribus videt q̃ omnia de deo ad beatitudinem spectantia omnes ꝓmuniter electi cognoscant ꝗ different. Nihil em̄ in deo noscibile maius digniusq̃ videtur q̃ eum intelligere trinum ⁊ vnum Hoc

autem omnes tunc per speciem cognoscent Unde sequitur vt non sit aliquid beatitudini pertinens incognitum alicui beatorꝝ. Omnes ḡ cuncta illa videbunt quorꝝ cognitio seruit beatitudini. ꝗ in modo videndi different. Alius em̄ alio magis. alius alio minus fulgebit.

De paritate gaudij.

Bolet etiam querí an in gaudio dispares sint. sic̄ in claritate cognitionis differunt De h̄ aug̃. ait. Multe mansiones in vna domo erunt. scz varie premiorꝝ dignitates Ez vbi deus erit omnia in omnib' erit. etiam in dispari claritate. par gaudium vt qd̄ habebunt singuli commune sit omnibus. qz etiam gloria capitis omnium erit per vinculum caritatis. Ex his dat̃ intelligi q̃ par gaudium omnes habebunt. ⁊ si disparem cognitionis claritatem. et per caritatem que in singul' erit perfecta. tantum quisq̃ gaudebit d̄ bono alterius. quantum gauderet si in seipso haberet. ꝗ si par erit cunctorꝝ gaudium. videt̃ q̃ par sit omnium beatitudo. qd̄ ꝓstat omnino non esse Ad qd̄ dici potest q̃ beatitudo par esset si ita esset par gaudium. vt etiam par esset cognitio. ꝗ quia hoc non erit / non faciet paritas gaudij paritatē beatitudinis. potest etiam sic accipi par gaudium. vt nō referat̃ paritas ad intentionem affectionis gaudentium. ꝗ ad vniuersitatem rerum de quib' gaudebitur qz de omni re vni gaudebit vnus gaudebunt omnes.

Aug̃. in li. d̄ ciuitate dei

Si maior sit beatitudo sanctorum post iudicium.

Post hoc q̃rí solz si beatitudo sanctorꝝ maior sit futura p' iudicium q̃z interim sine omni scrupulo credendum est eos habituros maiorem gloriam post iudicium q̃z ante. qz ⁊ maius erit gaudium eorum vt sup̄ testatus est aug̃. et amplior erit eorum cognitio Unde iero. Perado iudicio ampliorē gloriam sue claritatis deus demonstrabit electis. Si quem mouet quid op' sit spiritib' defunctorū corpora sua in resurrectiōe recipere si eis potest sine corporib' summa beatitudo preberi difficilis questio est. nec potest a nobis perfecte diffiniri. ꝗ tamen dubium non est ⁊ raptam ad carnis sensib' hominis mentem ⁊ post mortem ipsa carne deposita nec sic videre posse incommutabilē substantiam sicut sancti angeli vident siue alia latētiori causa. siue ideo qz inest ei naturalis quidam appetitus corp' ministrandi quo retardat̃ quodammodo. ne tota intentione pgat in illd̄ summum celum donec ille appetitus ꝓquiescat. Porro si tale sit corp' cuius sit difficilis ⁊ grauis amministratio sicut hec caro que corrūpit̃. multomagis auertitur mens ab illa visione summi celi. Proinde cum h̄ corp' iam non animale ꝗ spirituale receperit equata angelis habebit pfectum nature sue modum obediens ⁊ imperans viuificata. ⁊ viuificans tā ineffabili facultate vt sit ei gloria qd̄ fuit sarcine.

Jeronim' super Osee.

Si mali in inferno peccabunt

Hic orítur questio ex premissis ducens originem. Supra enim augustinus loquēs de malis in inferno damnatis. ⁊ bonis in celo glorificatis dixit. q̃ nec bōis voluntas. nec malis facultas esse peccandi poterit. ⁊ de bonis quidem ꝓstat. sed de malis a quibus voluntatem malam non remouet querit̃. quomodo sit verū eos non posse peccare immo quō verum sit eos non peccare cum malam habeāt voluntatem. Quidam autumant illam malam voluntatem non esse peccatum sed supplicium tm̄. Alij vero peccatum esse fatent̃. ꝗ per illud eos non mereri aliq̃ penam qz non est ibi locus merēdi

DI L

Soluit ꝑm diuersos

Illud ergo peccatū dicunt non esse meritum supplicij ꝑ supplicium mali meriti qđ in hac vita precessit. De hoc autem aug. ita dicit. Tempus acquirēdi vitam eternaz in hac tm̄ vita deus hominibus dedit vbi voluit etiam penitētiam esse fructuosam. Ideo hic penitētia fructuosa est. qꝛ potest hic homo deposita nequicia bene viuere. ⁊ mutata voluntate merita simul operaqꝫ mutare. ⁊ ea gerere que deo placeant qđ qui in hac vita non fecerit habebit quidem penitentiā in futuro seculo de mal' suis sed indulgentiam in ꝯspectu domini nō inueniet. qꝛ ⁊ si erit ibi stimulus penitudinis. tñ nulla ibi erit correctio volūtatis. A talib' enim ita culpabit' iniq̄tas sua vt nullatenus ab eis possit vl' diligi vel desiderari iusticia. Voluntas enim eoꝝ talis erit vt habeat in se semp malignitatis sue supplicium. nunq̄ꝫ tamen recipere possit bonitatis affectum qꝛ sicut illi q̄ cuz christo regnabunt nullas in se male voluntatis reliquias habebunt. ita illi q̄ erunt in supplicio eterni ignis cum dyabolo ⁊ angelis eius deputati sicut nullam habebunt vlterius requiem. sic bonam nullatenus poterunt habere. ⁊ sicut coheredib' christi dabit' perfectio gratie ad eternam gloriaz. ita consortib' dyaboli cumulabit ipsa malignitas penam qñ exterioꝛib' deputati tenebris nullo illustrabunt' interiori lumine veritatis Ex his apparet reprobos in inferno penitentiam sic gesturos vt per eam prauam voluntatem non deserant ⁊ illa maligna voluntas erit eis ad cumulum pene. per quaz tñ non merebunt' qꝛ nullus meret' nisi in hac vita

Aug. in libro de fide ad petrum.

Quare dicuntur tenebre exteriores.

Hic queri potest quare ille tenebre quib' inuoluent' mali. in gehenna dicunt' exteriores. quia tunc mali penitus extra lucem corporalem ⁊ spiritualem scz dñi erunt. Nunc euim et si patiant' tenebras in cecitate mentis non tamen penitus extra lucez dei sunt. nec corporali luce priuantur. De hoc aug. sic ait. Ira dei ⁊ in iudicio erit. ⁊ h̄ est in cecitate mentis cum dantur mali in reprobum sensum. Ibi exteriores tenebre erunt. qꝛ tunc peccatores penitus erunt extra deū Quid est enim penitus esse extra deum nisi esse in summa cecitate. Siquidem habitat deus lucem inaccessibilem. hec aūt tenebre hic iaz incipiunt in peccante cū ab interiori dei luce secludit'. ꝑ non penitus dum in hac vita est. Ecce q̄re ibi peccator đr pati exteriores tenebras. ⁊ non hic. qꝛ ibi secludet' penitus a luce dei qđ non hic. Sed quō intelligenda est illa seclusio. an qꝛ nō videbūt deum per speciez. Sicut nec aliq̄s videt hic deum per speciem. an per dissimilitudinē quaz facit peccatum inter deum ⁊ hominem. Sicut et hic multi ꝑ ḡuia peccata elongant' a deo an quia deum oderunt ita vt velint eum non esse. Sz ⁊ hic multi deū oderunt de quib' scriptum est. Superbia eorum q̄ te oderunt ascendit semper. Que est ergo illa elongatio. Sane exteriores tenebre intelligi possunt quedā malignitas odij ⁊ voluntatis. que tunc excrescet in mentib' reproboꝝ ⁊ quedam obliuio dei. quia tormentoꝝ interioꝝ ⁊ exterioꝝ doloribus adeo afficient' et turbabunt' vt ab illis ad cogitanduz aliq̄d de deo vix vl' raro vel nunq̄ꝫ mentem reuocent. Ut q̄ nimio premuntur pondere adeo stupescunt ⁊ turbant' vt interim in alia cogitationem non extendant ꝑ illuc tendit impetus cogitatiōis vbi sentit' uis doloris. Sed in hac vita nullus adeo malus est. vt penitus secludat' a cogitatione dei. qui nec dum ꝑdit appetituz beatitudinis ⁊ quendaz boni amorem quē naturaliter hz rationalis creatura. Illas autem exteriores ⁊ profundissimas tenebras reprobos ꝑpessuros post iudicium. dicit aug. opponens de illo diuite qui in inferno positus eleuans oclos vidit abraham. et in sinu eius lazarum

Aug. sup ps vj.

cuius ꝓparatione coact⁹ est ꝓfiteri ma/
la sua vsq; adeo vt ⁊ fratres eius roget
ab his ꝓmoneri. qd ante iudicium fa
ctũ legit. sed post iudicium in ꝓfundio
ribus tenebris erunt impij vt nullã dei
lucem videbunt cui ꝓfiteant.

De animab⁹ damnatoꝝ si quã habent noticiam eorũ que hic fiunt.

Preterea queri
solet si reproboꝝ anime q̃ nunc in infer
no cruciant noticiaꝫ habent eoꝝ q̃ cir/
ca suos in hac vita gerunt. ⁊ si aliquo
modo doleant sup infortunijs suoꝝ ca/
roꝝ. Hanc questionem aug ꝓmemorat
ex parte eam explicans. ex parte vero
insolutam relinquens. Ait enim. que/
ret aliquis an vllus dolor tangat mor/
tuos de his q̃ in suis post mortem ꝓtin
gunt. vel quomodo ea que circa nos a
gunt nouerint spiritus defunctoꝝ Cui
respondeo magnaꝫ esse questionez nec
in pnti disserendam. Veruntamẽ bre/
uiter dici potest q̃ est cura mortuis de
suis caris vt de diuite legitur qui dum
tormenta apud inferos pateret. leua/
uit oculos ad abrabaꝫ. ⁊ int alia dixit
Habeo enim quinq; fratres vt testetur
illis ne ⁊ ipsi veniant in hunc locuꝫ tor/
mentorum Habent em̃ mortui curaꝫ d
viuis q̃s sciunt viuere. qz nec in locis
penaꝫ vident eos. vbi diues sine fratri
bus erat. nec in requie beatoꝝ vt laza/
rum ⁊ abrabam quamuis longe agno/
scebat. Nõ tamen iõ ꝓsequens est eos
scire que circa caros suos agunt hic vl
leta vel tristia.

Augustin⁹ su/
per p̃s .cviij.

Quõ accipiẽda sunt que de la/ zaro et diuite leguntur.

Si quis autez q̃
rat quomodo intelligat qd d lazaro et
diuite legit. audiat augustini respon/
sum dicentis. Si q̃s putat animas cor/
pore exutas locis corporalib⁹ contine/
ri cum sint sine corpore. non deerunt q̃
faueant ⁊ diuitem sitientem in loco cor
porali fuisse ꝓtendant. ipsamq; animã
corpoream preparasse linguam. ⁊ stillã
de lazari digito cupijsse Sed melius ẽ
dubitare de occultis q̃ litigare de in/
certis diuitem in supplicio. pauperem
in refrigerio esse non dubito. Ex quõ
intelligat diuitis lingua. digitus laza
ri. flamma inferni. sinus abrahe. ⁊ hu
iusmodi / vix a mansuetis / a ꝓtentiosis
nunq; inuenit.

Si se vident boni et mali.

Queri etiam so
let vtrũ vicissim se videant illi q̃ sunt in
inferno ⁊ illi qui sunt in gloria. sic̃ san/
cti tradunt / ⁊ boni malos. et mali bo/
nos vident vsq; ad iudicium. Post iu/
dicium vo boni videbunt malos. ꝑ non
mali bonos. vnde grego. Infideles in
imo positi ante diem iudicij fideles sup
se in requte attendunt. quoruꝫ gaudia
post ꝓtemplari non possunt.

De chaos int bonos ⁊ malos.

Sed cum sancti
malos in tormentis videant nonne ali/
qua ꝓpassione erga eos mouent Non/
ne eos de tormentis liberari cupiunt.
Recole illud euangelicũ qd abrabã di
uiti rndit Inter nos ⁊ vos chaos mag
num firmatũ ẽ. vt hij q̃ volunt hinc trã
sire ad vos non possunt. neq; inde huc
transmeare Quid est illud chaos inter
bonos et malos. nisi hinc iusticia. inde
iniquitas que nullatenus sociari valet.
Adeo em̃ sancti dei iusticie addicti sunt
vt nulla cõpassione ad reprobos transi
re valeant. ⁊ nulla ꝑ eis int sanctos fi/
at intercessio. Quõ g̃ inde volunt alicq
transire ad illos. ꝑ non possunt. quia si
d iusticia admitteret non fieret eis mo
lesta liberatio eorũ. vel ita dicuntur se

velle ⁊ ñ posse. nõ qꝛ velint ⁊ nõ possint ꝑ qꝛ ⁊ si vellent non possent eos iuuare

Greg. sup lucam. De h̄ ita greg. ait. Sic̄ reprobi a peis ad gl̄iaꝫ sanctoꝝ transire volũt. ⁊ ñ possunt. ita ⁊ iusti ꝑ miscd̄iaꝫ mẽte ire volunt ad positos in tormẽtis vt eos liberent. ꝑ nõ possunt. qꝛ iustoꝝ anime ⁊ si nature sue bonitate miscd̄iaꝫ habent iã tunc auctoris sui iusticie ꝯiuncte. tanta rectitudine ꝯstringuntur vt nulla ad reprobos compassione moueant̄.

Qꝛ visa impioꝝ pena non minuit beatorum gloriam.

Postremo queritur. an pena reproborũ visa decoloret gl̄iaꝫ beatoꝝ. an eoꝝ beatitudini ꝓficiat.

Greg. sup lucam. De h̄ ita greg. ait. Apud animũ iustoꝝ nõ obfuscat beatitudinem aspecta pena reproboꝝ. qꝛ iam vbi ꝯpassio miserie nõ erit. minuẽ beatoꝝ leticiam nõ valebit. ⁊ licꝫ iustis sua gaudia sufficiant. ad maiorem tñ gl̄iaꝫ vident penas maloꝝ q̄s ꝑ gr̄aꝫ euaserunt qꝛ q̄ dei claritatem vident nil in creatura agit̄ qd̄ videre nõ possint. Non est aũt mirand̄ si sancti iã immortales reprobos videant mẽtis intelligentia cũ ꝓphete mortales adhuc videre hec oĩa meruerunt Egredient̄ ḡ electi non loco ꝑ intelligẽtia. vel visione manifesta ad videndum impioꝝ cruciat' q̄s videntes nõ dolore afficient̄. ꝑ leticia saturabunt̄. agẽtes gr̄as de sua liberatione. visa impioruꝫ ineffabili calamitate Vñ isaias impioꝝ tormẽta describens ⁊ ex eoꝝ visione leticiã bonoꝝ exprimens ait Egredient̄ electi scꝫ ⁊ videbunt cadauera viroꝝ q̄ ꝑuaricati sunt in me. v̄mis eoꝝ nõ morie t̄. ⁊ ignis nõ extinguet̄. et erũt vsqꝫ ad sacietatẽ visiõis om̄i carni. i. electis Letabit̄ em̄ iustus cũ viderit vindictã

Hec de pedib' sedentis sup soliũ excelsuꝫ q̄s seraphin duab' alis velabant scriptori ⁊ si non auditori cõmemorasse sufficit q̄ a facie exorsus sedentis ꝑ media ad pedes vsqꝫ via duce peruenit.

Explicit liber sententiaꝝ